



170
1a
2. a
3. a
4. a
5.
6.
17
1.



Pr. 8. nu. 170.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

1716, 8^a

SERVITUTUM
PRÆSCRIPTIONE
EXTINCTIVA

21

Quam

Jussu & Permissu Senatus Amplissimi

In Perillustri Universitate

Tubingensi

PRO LOCO PROFESSORIO

rite & legitime obtinendo

Solenni eruditorum examini submittit,

WOLFFG. ADAM SCHOEPPF,

U. J. D. Sereniss. Duc. Wurtemb. Consiliarius,

Supremi Dicasterii Assessor, & Professor

Extraordinarius,

RESPONDENTE

JOHANNE BALTHASARO WIBELIO,

Hallano ex Suevis.

Ad Diem Martij

Anno M. DCC. XVI.

Loco horisque consuetis.



TUBINGÆ,

Literis JOHANNIS CONRADI REISIL.

V I R O
Prænobilissimo Amplissimo Doctissimoq;
D O M I N O
JOANNI MARTINO
HILLERO,

Serenissimi Ducis Wurtembergiæ
Redituum Bebenhusanorum Ecclesiasticorum
Quæstori longe meritissimo

^{Et}
Illustris, quod Tubingæ est, Collegii
Procuratori Dexterrimo,

Domino Patrono, Fautori,
ac per binos annos Hospiti suo quovis observantiæ hono-
risque cultu jugiter prosequendo

Dissertationem hancce Juridicam,
in gratissimæ & nunquam intermorituræ debitæ recordationis tesseram
pro beneficiorum largissime exhibitorum multitudine & in
ulteriorem sui commendationem,

Cum Voto
Concatenatæ felicitatis, Valetudinis inconcussæ, Vitæ longæq;,
omniumque denique bonorum
affluentia

Ea, qua par est, animi modestia,
Dat, Dicat, Dedicat,

RESPONDENS.

PROOEMIUM.

Materia, de servitutibus & præscrip-
tionibus, admodum subtilis & un-
diq; cum multis difficultatibus con-
juncta est, id quod tam multi, de
præscriptionibus, usucapionibus &
servitutibus, prostantes Tractatus abunde testantur.
Insimul tamen in foro perquam utilissima, quoti-
diana & trita est, prout viva experientia ubique lo-
quitur, & insuper servitutum Cœpolla *de serv. c. 1.*
D. Stryk. *in usu moderno* π. §. 1. *de serv.* & B. Bardili
in Diss. de præscr. serv. in præfat. Schilter. *ad* π *Exerc.*
18. §. 1. *ubi Jus Rom. hac in parte, cum primis ad Rhe-*
num mature receptum esse docet; in specie juris pa-
scendi usum in Germania frequentissimum asserunt
Köppen *in dec. qu. 57. n. 1.* Autor *in tr. sel. de jure pasc.*
& *inpr. de jure ovium A. 1714. Cellus edit in præfat.*
Ita ut nullus ferè in Jure Civili locus majori cura ac
studio à Jctis tractatus reperiatur, teste Franc. Dua-
reno, *ad l. 10. si serv. vindic.* Non minus prima sanè in
judiciis cautio esse debet, tam Advocati quàm Judi-
cis, ut videat, an actioni in judicium deducendæ,
jam tum præscriptum sit nec ne? cùm aliàs omne li-
tigium frustraneum foret, recte ita monente Dno.
Strykio *in tract. de act. forens. in vestigand. sect. 3.*
pr. p.

pr. p. 331. d. præscr. act. Et exinde infinitæ fere lites
& tam multæ intricatæ quæstiones de præscriptione
in praxi passim occurrunt, *Carpz. p. 2. c. 3. def. for 3
n. 2. & seqq.* hæcque exceptionis præscriptio in foro
nobilissima & frequentissima audit, *Vultej. de judic.
l. 2. c. 7. n. 847.* Cùm igitur à **Serenissimo Duce**
Wurtembergiæ munus Professoris Extraordi-
narii mihi nuper clementissime demandatum, illud-
que subeundum sit solenni Disputatione, non abs re
esse putavi, materiam practicam & difficilem, de
servitutum præscriptione extinctiva, conjunctim
exhibere, cum, quantum scio, illa nullibi ex professo
sed à *Ddbus* saltem sparsim tradita fuerit. Equidem
non ignarus sum, majorem experientiam & doctrinam
hoc argumentum grave desiderare; Cùm tamen
in praxi illud sæpe me suspensum tenuit, feci, quod per
temporis angustiam & alia impedimenta potui: cùm
fundamenta generalia & potiora in Disputatione si-
stere, sufficiat. & credidi in nullo penitus errare, di-
vinitatis magis quàm mortalitatis esse *Constit. tanta*
§. 14. de confirmat Digestor. Monitus, meliora sequi,
semper paratus ero. Faxit benignissimus in cælis
Parens, cujus auspiciis bene universa geruntur &
competenter *Nov. 6. in præf. sub fine,* & cujus præ-
sidium etiam hic humillime imploro, ut in Divini sui
Nominis gloriam & Justitiæ incrementum cedat!



Cap. I. SUMMARIA

§ 1. Explicationem rubri continet, § 2. Definitionem. § 3. Divisiones.
§ 4. An hæc Præscriptio cum jure Naturæ pugnet? § 5. An Servitutum
usus, & res meræ facultatis præscriptionem admittant?

§. I

Receptum hæcenus fuit scribendi genus, termino-
tum, in frontispicio positorum, explicationem præ-
mittere. Cum tamen, ex omnibus compendiis, vel
tyronibus Juris norum sit, quid præscriptio: quid ser-
vitus? & unde deriventur? illudque insuper jam præ-
stitit, B. Dn. Bardili in *Disp. de præscr. servit. §. 1.*
Nemo nobis vitio vertet, si, missis hæc, & ne actum
agere videamur, properamus ad vocem, extin-
ctivam, ferè barbaram, quæ à præpositione ex, & verbo obsoleto,
stinguo, derivatur. Uti vero aliàs varios admittit significatus, ut, bel-
lum, incendium, urbem, LL, famam &c. extinguere, add. l. 12. §. 18.
ibi: Acetum quoque, quod extinguendi incendii causa paratur: de instrum.
et instrum. leg. ibique in notis Gothofredus lit. 1. Ita in jure nostro dicitur,
quòd suspecti cognitio §. 8. 7. *de suspect. tut.* crimen, cum pœna, morte l. 1.
l. 2. *Cod. si reus vel accusat. mort. fuer.* & provocationis remedio con-
demnationis extinguatur pronuntiatio l. 1. §. f. *ad St. Turpill.* Item
quòd actio injuriarum, per nudam verbalem remissionem, l. 17. §. 6. *ff.*
de injur. & quòd legatum liberationis l. 21. *pr. ff. de liberat. legat.* & de-
biti, à vivo testatore exacti, extinguatur, d. l. 21. §. 21. *de Legat. l. 75. §.*
A2. d.

a. d. Leg. 1. l. 11. §. 13, d. Leg. 3. vel si res legata alij donetur *l. 18. de adm. vel transfer. legat.* vel si debitori hæres extiterit creditor. *l. 21. §. 1. de Liberat. leg.* ubi additur, quod confusione perinde ac solutione obligatio extinguatur. In specie, quod ususfructus etiam morte aliisque modis extinguatur, & pro extincto habeatur, probant *l. 3. §. 2. de usufructu. l. 3. §. fin. l. 8. l. 10. l. 12. l. 15. l. 30. ff. quibus modis usufr. vel usus amitt.* Et quia, per talem præscriptionem, servitus constituta iterum tollitur & amittitur, sicque libertas prædij sui, contra servitutem, hæctenus alterius fundo vel personæ debitam, vindicatur; proinde rectè nominatur præscriptio servitutum omni modò extinctiva, Joh. del. Castillo *de usufruct. cap. 68. n. 2. & 40* Caspar Schifordegher ad Fabr. *lib. 1. tract. 5. q. 4.* B. D. Bardili in *Disp. de Servit. præscrip. th. 1. n. 4. & 5. & th. 39.* B. Dn. D. Harpprecht, Præceptor noster, post fata, desideratissimus & colendissimus in *Conf. 72. n. 180.* prout iidem præscriptionem actionum omnimodò extinctivam seu Peremptivam in hoc sensu nominat in *Conjectur. solut. & præscrip. in effect. præcipuè considerat. differ. princip. §. 2.* Et de renuntiatione filiarum Illustrium extinctiva abdicativa & totaliter exclusiva videri potest Ejusdem *Consil. nov. 50. n. 117. 123. 128. 150. & 209. & passim, ut & Disp. de success. monial. nobil. renunciatar. & ex harum personar. monasteriorum §. 28. 32. & 33.* Vocabulum enim perimere, ferè in eundem modum accipitur, ut in *l. 75. §. 1. de leg. 1.* ubi deciditur, quod falsa demonstratio non perimat legatum & in *l. 76. de solut.* actio, in *l. 17. de accept.* verò stipulatio perempta dicitur. Frequentius in Jure nostro occurrit quod servitus realis *l. 4. l. 10. §. 1. l. 11. l. 16. l. 18. quemadm. servit. amitt.* *l. 66. §. fin. de leg. 2. l. 17. d. Aqua & aqu. pluvi. arcend. l. 126. §. 1. de V. O. l. f. Cod. de Servit. & Ususfructus per non usum l. 20. l. 25. l. 29. quibus mod. usufr. l. 13. l. fin. Cod. de servitut.* sicut aliis quoque modis amittatur. *l. 1. l. 3. §. fin. l. 19. l. 23. l. 24. l. 29. quibus mod. usufr. & quod non utendo pereat, sive depereat l. 2. l. 6. §. fin. quemadm. servit. amitt.* *l. f. Cod. de servit.* Dum verò de servitutum præscriptione extinctiva, sive peremptiva, tanquam modo, servitutem constitutam iterum amittendi, sermo nobis est, quilibet inde facile colligere poterit, hoc loco nos minime acturos esse, de præscriptione servitutum acquisitiva, qua nimirum is, qui servitutem in alterius fundo hæctenus non habuit, eandem sibi vel prædio suo acquirit, & de novo servitutem constituit, quam D. Bardili in *cosa disp. de servitut. præscrip.* latius pertractavit.

§. II.

Præscriptio verò servitutum omni modo extinctiva five peremptiva, nihil aliud est, quàm modus, quo servitus, per voluntarium non usum, tempore legitimo continuatum, accedente præscriptione libertatis, in urbanis servitutibus, iterum extinguitur, sicque libertas pristina prædio vindicatur. Si quid in hac Definitione desiderari potest, excusabit nos *l. 202. d. Reg. Jur.* ubi omnis definitio in jure periculosa dicitur, cum insuper JCtis in formandis definitionibus solenne sit, non tam ad accurata Logicorum præcepta, quàm potius ad rem ipsam & negotii naturam respicere, & tales descriptiones consignare, quæ negotium, ejusque differentiam specificam, exprimunt. D. Lauterb. in *Colleg. ad Pandect. tit. de Tutel. §. 3.* Genus ponitur in modo extinguendi servitutem per *l. pen. Cod. de servit. §. tot. tit. quibus modis usufr. vel usus amitt. confer. B. D. Lauterbach. in D. d. Crim. præscript. §. 1.* uti quoque in Insit. tituli prostant, *quibus modis jus patr. potest. salvo tutela finitur, infirmantur testamenta & quibus modis solitur obligatio.* Reliqua verba definitionis per se satis clara sunt & in inferioribus explicantur.

§. III.

Dividi potest nostra præscriptio servitutum extinctiva, quod alia sit servitutum urbanarum, alia rusticarum, cum in finem, quòd ad præscribendas rusticas servitutes, solus non usus sufficiat, in urbanis verò, libertatis quasi possessio & præscriptio ulterius requiratur *vid. cap. 3. §. 15.* & quod multi Ddres insuper in præscriptione urbanarum servitutum bonam fidem exigant *confer. cap. 3. §. 18.* Uti quoque *ex l. 18. §. 1. quemadmod. servit. amitt. §. 1. de servit. præd. urban.* tertium usum hujus divisionis exculpere annuntur de quo in *cap. 3. §. 14.* agendum erit. Alia porro præscriptio est servitutum continuarum & discontinuarum; cum in discontinuis duplicatum tempus præterlapsum esse debeat, secundum dicenda in *cap. 3. §. 12.* Regulariter quidem servitus continua moribus nostris dicitur, quarum usus seu exercitium sua natura sine hominis facto continuum est, ut in servitute aquæ ductus, tigni immittendi, oneris ferendi, alius non tollendi *l. 10. si servitus vindicet.* Discontinua verò, ad quarum usum hominis factum requiritur: ut servitus itineris, viæ, *passendi l. 14. de servit. D. Bardili D. de Servit. præscript. §. 34. & 35.* Sed ad hunc effectum duplicandi temporis, servitus realis dis-

continua dicitur, quæ habet intervalla annorum & mensium, ut v. g. si aqua aestate tantum ducatur, vel uno mense in anno, vel alternis annis & mensibus, vel omni triennio vel quinquennio liceat una die vel pluribus gestare, vel ire, quia forte per singula lustra sylvæ semel tantum cædatur. l. 7. *quemadm. servit. amit.* l. f. *Cod. de servit.* Barthol. Cæpolla *de servit.* c. 24. n. 7. Henticus *Zæc. ad π.* n. 7. *Q. S. A.* Talis enim conventio per annos & menses insolita ac enormis est, ideoque quasi duplicem facit servitutem, & duplex tempus requirit Ulricus Huberus *in prælect. Jur. Civ.* §. 3. *ad tit. π.* *Q. S. A.* E contra continua servitus nominatur, quæ habet intervalla dierum vel horarum constituta, & alternis diebus, die tota, aut nocte tantum, aut alternis horis, vel una hora quotidie debetur. Cum enim intermissio per dies & horas frequens sit in servitutibus, proinde naturam earum non mutat, nec unitatem divellit, sed, uti tale tempus reputatur quotidianum, & posterioris diei finis in initium sequentis currere intelligitur, Colleg. *Jurid. Argent.* §. 6. *Q. S. A.* ita etiam servitus videtur quotidiana & una, habens causam continuam, perinde ac si intervalla non haberet; quapropter sane longo tempore amittitur. l. 7. *Q. S. A.* Cæpoll. *de servit.* c. 24. n. 5. Harppr. *ad §. f. n. 32. l. de servit.* *Zæc.* n. 7. & Huberus §. 3. *ad tit. π.* *Q. S. A.* Neque dubitandum est, si quis aquam, vi conventionis, pro lubitu & quodocunque velit, haurire possit, quod tunc & illa servitus pro continua habenda sit, cum semper quis illâ, jure quasi continuo uti queat. Caspar Manzius *in Biblioth. aurea Jurid. Theoret. practica tract. de servit. prad. urb. & rustic.* n. 76. & 77. *ad tit. π.* *Q. S. A.* Denique hæc præscriptio servitutum extinctiva, in realium & personalium Affirmativ. & Negativ. præscriptionem discerni potest.

§. IV.

Fundamentum absque dubio in Jure civili habet v. Bardili *Disp. de servit. præscript. th. 8. & segg.* aded, ut Joh. Schilterus *Exerc. 18. §. 8.* hanc usucapionem libertatis, non obitante lege Scribonia, ob favorem libertatis civium Romanorum, semper obtinuisse scribat *per l. 4. §. f. de usucap. l. 7. Q. S. A.* Verum ut quis propter non usum, servitutem sibi debitam, tanquam jus quæsitum, amittere debeat, videtur cum æquitate naturali pugnare, cum insuper in alicujus libero arbitrio positum sit, servitute uti vel non, & alter beneficio afficiatur, si quis usum servitutis longo tempore intermiserit, sicque potius grato animo id agnoscere debeat, quam ut exinde privationem inferre velit *arg. l. 11. §. 2. d. R. f. l. 14. d. condic. indeb. l. 21. Cod. mandat.* Hisce verò, aliis- que

que non obstantibus, hæc præscriptio servitutum extinctiva recte regulis
 Justitiæ & æquitatis quoque naturalis conformis ex eo judicatur, quod ille,
 qui per negligentiam, servitute longo tempore non usus est, recte tacite
 illi juri renunciassè arg. c. 19. x. de censibus c. 15. x. de re judicata, Dalner
 de renunciat. c. 3. n. 28. D. Stryk. in Diss. de non usu juris quasi, c. 1.
 n. 2. & seqq. illasque servitutes alienasse eò magis censetur. l. 28. d. V. S.
 ibi: *Eum quoque alienare dicitur, qui non utendo amisit servitutes. l. 18. d.*
fund. Doral. l. 3. Cod. de postul. ibi: nec temporis spatio consensum ac fidem
accommodasti: B. Dn. D. Harpprecht Consult. nov. 22. n. 44. quòd per
litteras reverales, protestationem, aliosque modos, facillimo negotio jus
sibi conservare potuerit, & aliàs quoque pro libertate l. 10. Cod. de servi-
tut. & ut res reducatur ad pristinam naturalem libertatem, semper judi-
candum sit. l. 47. de O. & A. Et nisi talis non usus, amissionem servitu-
tis post se traheret, Respublica ex negligentia civium hoc incommodum
senseret, ut dominia & jura rerum semper in incerto manerent, arque litium
multitudine oneraretur, pr. 7. de Usucap. l. 1. d. Usurp. & usucap. l. fin.
pro suo, ita, ut & hic privatum commodum, publicæ salutis, tanquam
supremæ legi, rectissime cedere debeat, juxta tradita Dn. Strykii in Diss.
d. non usu jur. quasi c. 1. n. 15. & quæ potè Ddres in genere docent de
Justitia præscriptionis, fundata, in præscribentis possessione vel quasi,
desidia & longa incuria negligentis, dominiorum certitudine, litium
conspiciendarum sine, & præsumta domini rem non amplius habendi sed
dereelinquendi voluntate & publica utilitate Excellentiss. Dn. D. Grafs,
Præceptor & Patronus noster colendiss. in post. controuv. 9. ad priores 9. tit.
lib. 2. Insistit, Lauterbach. Colleg. §. 7. ad tit. de usurp. & usucap. D. Coc-
cejus in Diss. de præscript. extraord. s. anomala §. 1. & seqq.

§. V.

Porrò huic præscriptioni graviter obstare à nonnullis Ddibus credi-
 tur, quod usus servitutum & v. g. pastus animalium, inter res meræ fa-
 cultatis, sive in ejus, cui jus servitutis competit; arbitrio positus sit, ut-
 rum ipse servitute uti velit nec ne? & utrum ipse oves alere & in pascua
 aliena immittere velit nec ne? arg. l. 2. de viapubl. ibique Ddres vid. Klock.
 tom. 1. Conf. 29. n. 564. Honded. vol. 1. consult. 79. n. 49. & seqq. Heeser
 de acquisitione conjug. part. 2. loc. 3. n. 20. quibus rebus meræ facultatis nun-
 quam præscribitur, neque per illas quasi possessio neque jus acquiritur,
 Müller ad Struv. Ex ad n. 43. th. 22. lit. d. Mevius p. 1. dec. 60. B. Dn.
 D. Harpprecht. in Consil. 90. n. 87. & 88. & Consuli. Nov. 31. n. 202. illu-
 stris

stris L. B. d. Lyncker *cent. 1. dec. 67. Sc. 14. d. 1307.* Sed ex communi Doctorum opinione illa Regula saltem procedit in iis, quae sunt absoluta simplicis & merae facultatis, ac jure Domini alicui in re sua competunt, & quae propriis in sunt Dominiis, nec ab aliis debentur, & ex nulla actione descendunt, prout Doctores passim loqui solent, Manzius in *Centur. Quaes. palatin. dec. 49. n. 13. ubi allegat. Henricum Canisium ad cap. 11. x. de usur. & censibus*, sed citra conventionem & obligationem à mero alicujus arbitrio dependent, & ex libertate naturali eaque irrestricta ac congenita vel Gentium vel universitatis jure communes sunt, neque ullos terminos à lege vel Homine praescriptos habent, quorum proinde exercitium omnino alteri nullum jus tribuit & exercenti omnitentive non praesudicat, ut ite in via publica l. 2. de via publ. in publico lavare, in theatro spectare l. 2. §. 9. ne quid in loco publico, fenestram facere, aut quidvis aliud in suo edificare l. 24. d. S. P. U. l. 8. l. 9. Cod. d. Servit. negotiari l. 5. de §. 7. molere, pinsere, cerevisiam emere ubi velis &c. lae Struv. *Ex 43. th. 22. Dn. B. de Lyncker in Resp. 65. n. 33. & seqq.* & Author *Meditation: ad Instrument. Pacis Casareo-Suevicum specim. 4. art. 5. §. 43. pag. 668. Stryk. d. non usu juris quae. c. 1. n. 12.* nisi causa aliqua subfit, ex qua vel ex qualitate personarum vel aliis conjecturis, verisimiliter conjici possit, non jure familiaritatis, sed servitutis & ex debito aliquid actum esse: post plures B. Dn. D. Harpprecht in *Consil. 90. n. 107. & seqq.* Joh. Voët. §. 7. ad tit. d. pignor. Act. vel prohibitio accesserit, & alter isti acquieverit, tunc enim praescriptio potentissime locum obtinet, Struv. *Ex. 43. th. 11. & 22. Stryk. d. non usu jur. quae. c. 1. n. 13. Sprenger in Consil. 1. de jur. paciscend. annex. opuscul. Spreng. pag. 56. D. Coccejus in D. praescript. immemoriali cap. 5. n. 22. Dn. B. de Lyncker in Resp. 65. n. 32. 36. & 61. cum seqq.* Author *Meditat. pag. 668.* hisce verbis: *Quarum mera facultatis rerum natura in causa praescriptionis imprimis consideratur, cum in eis non possit possessio allegari ab eo, qui praescribere intendit. Quamvis enim per longum satis tempus vita publica non fueris, in balneo publico non lavaveris, in theatro non spectaveris, in tuo nihil adificaveris, nemo erit, qui te hac libertate prohibere possit si postea uti velle. Item, etsi per multos annos certo modo cerevisiam emeas, moleris aut pinseris, mutatio semper in arbitrio tuo est, nisi forte aliquando prohibitus fueris ab alio, quo minus libertati naturali uterere & tu huic prohibitioni acquieveris,*

nulla
berur
dam
temp
publi
adific
peri
si quis
nam
nisse c
mita
cten
egre
actio
eren
fun
& f
gi ten
de 7.
Colleg
bica
nem
flatu
à Lyn
669.
dus a
ho ran
altes
aditi
jore co
brax
amitt
quo pa
eius n
com

multis actibus contrariis editis. Tum demum enim mera illa facultas seu li-
berum arbitrium, vim quandam pati & ab altera parte juris cujus-
dam quasi possessio quaeri videtur, in praescriptionem desituri, elapso
tempore, ad praescribendum definito. Ita si te quis prohibeat, ne certa via
publica eas, ne in hoc balneo laves, ne fenestram in tuo aperias, aut altius
adifices, tuque sine contradictione morem gesseris prohibenti,
periculum sane erit, ne hanc libertatem perdas. Perinde erit,
si quis te coegerit, ne alio loco quam apud se eas, ne alibi pinsas, aut quid re-
vam vendibilem emas. Nam tua patientia fit, ut alter in possessionem ve-
nisse censeatur, contralibertatem ejusmodi actuum, quam mox jus co-
mittatur, si praestituto tempore tibi hoc continuo sciveris imperari. Ha-
ctenus ille. Quod si verò res merae facultatis notissimos terminos
egrediuntur, & relative tales sunt, quae ab aliis debentur, & jure
actionis ex contractu & peculiari jure singulariter competunt & ex-
ercendae, sicut proprio jure quaesitae & contractu confirmatae
sunt, ut v. g. servitutes aliaque jura, tunc tanquam jura constituta
& formata, ita ut in judicium deduci possint, recte non usu lon-
gi temporis amittantur, post Manz. Canif. Struv. Zieglerus ad Grozium
de J. B. & P. l. 2. c. 4. §. 15. Sprenger d. Consil. 1. pag. 56. & 57. Lauterb.
Colleg. §. 18. ad tit. de Usurpat. & Usucap. Brunnem. ad L. 2. n. 9. d. via pu-
blica, Stryk. d. non usu juris quaesit. c. 1. n. 13. qui generaliter praescriptio-
nem admittit, si naturalis libertas, per pactum, Transactionem,
statutum, vel privilegium, aliudve factum sit restricta, latè Dn.
à Lyncker Resp. §. 2. n. 32. 37. & 39. Author Mediat. ad Instrum. pacis p.
669. ibi ita pergit: Ab his rebus vel actibus merae facultatis differunt ac-
tus alii, quorum exercitium, etsi in mea etiam potestate libere sit, omis-
sio tamen eorum mihi cuius fraudi & praesudicio esse potest. Sunt autem hi
actus duorum generum, nam illis vel jus aliquod est acquirendum, ut
aditio haereditatis, vel jus singulariter ex contractu aliquo, aut peculiari
jure competens est exercendum, ut servitus, exactio debiti, jurisdictio, jus
braxandi, neglecto enim aliquandiu horum actuum exercitio, res ipsa facile
amittitur, elapso tempore legibus determinato. Ubi tamen rursus interest,
quo pacto se isti actus habeant. Nam aut jus meum ita comparatum est, ut
etiam non usu id me neglexisse non possim argui, cum forte mihi jam
commodum non fuerit eo uti; Et cum sane praescriptioni non datur
locus,

locus, nisi aliud quid accesserit, quo mihi jus meum ab alio dubium reddatur. Quo refero jus reluendi pignoris, jus braxandi quod mihi ratione adidum moarum singulariter competit. Itemque si servitute urbana aliquantisper usus non sim, usus tamen, ubi commodum & opus fuerit. Nam hæc jura, qua non habent exercitium quotidianum & quorum omisso actu, ex jure suo fluenti, non est contraria, tempore adeo facile non amittuntur, nisi ex quo prohibitio intercessit vel coactio, cui parum est cum sufficienti consensu significatione. Sin verò eo ipso, quo quid amitto, simul contrarium quid admitto, seu cum non utor jure eo tempore, quo, ut utar, opus habeo, tunc mihi non potest non ille non usus nocere, cum remisisse aut abdicasse jus videar, cuius usum presente opportunitate & necessitudine neglexi. Ita servitutes rusticæ per non usum intra longum tempus præscribuntur. Nam iter ad mare prædium, pecoris ad aquam appulsus, jus pascendi & similia jura sic comparata sunt, ut quotidianum fere usum habeant, si igitur alio itinere utar, vel pecora mea per aliam viam aquatum agam, vel alio pascam, dum alius interea his fruitor commoditatibus, sive sciente me sive ignorante, mihi paulatim jura mea perire necesse est, quorum exercitium tandem neglexi. &c. Et in hunc modum Inclyta Facultas Juridica Tubingensis in causa communitatis. B. Præf. & Sturg. contra possessionem prædii H. ad hanc objectionem, quoad jus pascendi d. 30. Jul. Anno 1709. respondit; & Scabini Lipsienses in jure Grutii Hofschöffen Anno 1649. parem sententiam dixerunt, sicque præscriptionem servituturum admiserunt, prout apparet ex præjud. apud Carpz. dec. 288. n. 24. Cum enim talia jura & servitutes expressa conventionem alienari possint, nihil sane impedit, quo minus etiam prohibitioni acquiescentiæ iis cedere & præscribi iis pati videatur. D. Coccejus in Diff. d. rebus mere facultatis §. 12. add. Ejusdem Diff. d. præscriptione immemorabili c. 5. n. 21. ubi hanc regulam ad actus mere naturales, qui singulis hominibus quasi innati sunt, ut edere, bibere, ire, saltem restringit, & reliquos potius jura, quam res mere facultatis esse affirmat, cum aliquod facere in suo, ex jure Domini, ire vero in via publica, lavare in balneo publico, spectare in theatro; ex jure civitatis seu publico, quod omnibus civibus competit, fluat, l. 2. §. 2. ne quid in loco publ. Optio quoque & electio, ubi molere, pinsere, emere velis, mutuum consensum exigat, & ex dominio rerum quarum sequatur.

Cap. II.
SUMMARIA.

§. 1. Objectum sunt servitutes, non alia jura, ubi de præscriptione actionis personalis simul agitur. §. 2. qualescunque. §. 3. Excipitur iter sepulchri, habitatio, §. 4. Opera fervorum & rusticorum, quæ ususfructus §. 5. & ususfructus alternorum annorum.

§. I.

Hæc firmatis, satis apparet, tam ex inscriptione, quam Definitione, nos saltem hic de servitutum præscriptione extinctiva agere, solasque servitutes principale objectum nostræ præscriptionis constituisse. Hincque nundinas, l. 1. de Nundinis ibique Brunnem. Ahasv. Fritsch. de Nundinis c. 12. n. 34. Privilegia, c. 15. x. de privileg. l. 7. Cod. de his qui accusare non possunt. Gail. l. 2. obs. 60. Richter dec. 86. Dn. B. de Lyncker Cent. 10. dec. 979. Rescripta, l. 2. Cod. de divers. Rescript. c. 9. x. de rescript. Stryk. de non usu jur. quas. c. 2. n. 8. & 9. Jus braxandi D. Schæpffer d. jur. braxand. p. 3. c. 2. Stryk d. non usu jur. quas. cap. 3. n. 15. & seqq. late Dn. B. de Lyncker Resp. 65. per tot ubi n. 90. præjud. exhibet, & Cent. 10. dec. 979. & collectandi, Klok. de contribut. cap. 3. n. 81. & seqq. item immunitatem à collectis Goswinus ab Esbach. ad Cz. 73. c. 16. in Disp. de immunitat. à collectis th. 105. pag. 484 B. D. Harpprecht tota Disp. de præscript. immunitat. à collectis aliaque jura, speciem servitutum non experimentia, de quibus late agit D. Stryk in laud. Diss. c. 2. per tot. quæ itidem per non usum amitti possunt, per regulam excludimus, simulque præsupponimus, servitutem rite & legitime constitutam. Quod si enim servitus saltem promissa, & nondum acquiritur sit, tunc sane, per non usum, minime dici potest extincta, sic acquiritur, titulo emtionis venditionis impetratus, rivo nondum ducto l. 19. Q. S. A. ibique Brunnem. & via duobus, commune prædium habentibus a legata, quamdiu de loco viæ legatarius uterque non consensit, per lapsum temporis legitimi non amittitur. l. 28. de S. P. R. Joh. Vortius ad n. 6. 11. Q. S. A. Quod enim nondum est, id etiam non potest extingui, & desisse non videtur, quod nec incepit, l. 96. d. condit. & demonstr. l. 208. d. R. 7. cum privato semper præsupponat habitum, Rittershus. ad §. 2. de usufr. Casp. Manzius in Biblioth. aur. Jurid. theoret. practic. de servitut. præd. urban. & rustic. n. 59. ad tit. n. Q. S. A. Licet autem nonnulli Dctes exinde inferant, quod actio personalis ad servitutem constituen-

B

tuen-

tuendam competens, non eodem tempore amittatur, ac servitus constituta, cum & aliis omnis actio personalis 30. demum annorum prescriptione tollatur *l. 1. §. 1. Cod. d. annal. Except. l. 3. Cod. de praescrip. 30. vel. 40. ann.* atamen communis opinio in contrarium abit, hincque aliquid singulare, favore libertatis, statutum asserit, ita ut, si quis usufructum promissum, intra longum tempus, petere neglexerit, huic actioni personali, ex stipulatu vel ex testamento, pro usufructu competenti, si postea illam in iudicium deducere velit, itidem 10. inter praesentes, & 20. annis inter absentes, praescriptum exinde dicendum sit, quia cum, ex ipsius Imperatoris decisione, ipse usufructus non utendo, per longum tempus, amittatur, ergo etiam actionem personalem eodem tempore tolli voluisse censetur, cum sequatur naturam ipsius usufructus, cujus gratia est introducta, & ne ille, qui actionem pro usufructu constituendo habet, melioris conditionis sit, ac is, qui usufructu jam constituto utitur, per *h. pen. Cod. de Usufr.* ibique Brunnem. & Giphanius, Struv. ex *l. 2. lb. 34. ibique Müller lit. d. Harpprecht ad §. 3. n. 34. 7. de Usufr.* Anton. Perez. n. 27. *Cod. d. usufr.* Castillo *d. usufr. c. 67. n. 5. §. 5. cum seqq.* ex communi D. Lauterb. *Ex ad n. 17. concl. for. 14. §. ex 18. c. f. 11. Joh. Verstegen. in obs. Acad. forens. de Usufr. obs. 17. pag. 238. §. 239.* D. Böhrer. *ad n. 3. quib. mod. usufr. vel usuf. amittit:* Stryk. *de Act. for. Invest. f. 3. m. 2. ax. 2. n. 4. §. 5. de praescrip. Act. Author theatr. servitut. tit. 16. §. 13. pag. 726.* Gerard. Nood *in oper. omn. lib. 2. d. usufr. c. 8. pag. 628.* Uti quoque, si uxor, post obitum mariti, intra legitimam tempus, dotalitium non exegerit nec praedium eius nomine, assignatum, petierit, exceptione praescriptionis postmodum repellitur, *Carpz. p. 2. const. 44. def. 6. Müller ad Struv. Ex l. 2. lb. 34. lit. d. Ernst Sprenger de dotalitio cap. 8. n. 51. §. seqq.* Nicolaus Henzelius *d. Jur. dotalitii c. 10. §. 24. pag. 379. §. seqq.* ubi pro praescriptione longi temporis pugnat, nisi quis ratione realis, pro dotalitio competenti actionis, vid. *Mev. p. 1. dec. 173.* Lauterb. *Colleg. §. 45. de Jur. Dot. praescriptionem actionis hypothecariae, admittere velit, Laut. Colleg. §. 82. §. seqq. d. pignor:* & ita explicat Colerum *in Consf. 41.*

§. II.

De cetero nihil refert, servitus rustica *l. 2. §. seqq. Q. S. A. si ve tur bana sit l. 6. l. 7. l. 32. §. 1. de S. P. U. l. 18. §. f. Q. S. A.* Stryk *de non usu jur. quas. cap. 2. n. 53.* continua vel discontinua *l. 7. Q. S. A. l. f. Cod. d. serv. realis l. 2. l. 4. cum seqq. Q. S. A. l. 13. l. f. Cod. d. serv. vel personalis sit l. 20. l. 25. l. 28. quib. mod. usufr. l. pen. Cod. de usufr.* Befold. *Consil. 15. n. 65.* Omnes enim ipsae per non usum amitti possunt, ita ut ne usufructus quidem, quem

commissarius ex causa Fideicommissi sibi traditum habet, excludatur, *l. 3. de ususfruct. petat: add. l. 29. §. 2. quib. mod. ususfr. l. 29. d. ususfr. Legat. Manz. in tract. d. servitut. personal. n. 83. ad tit. quib. mod. ususfr. Gerard. Nood. lib. 2. d. ususfr. cap. 8. fol. 618.* Multò magis verò hæc obtinent, si non rite doceri queat servitutis constitutio, tunc enim, pro libertate prædii, ob omissionem usum longi temporis, longe facilius judicandum est. *Brunnem. ad l. 10. Cod. de servitut.*

§. III.

Cùm verò nulla fere regula tam firma sit, ut non patiatur exceptionem, Barbofa locupletat. *lib. 16. c. 22. ax. 1.* Eapropter in jure quoque primo excipitur iter, sepulchro debitum, quod non usu non amittitur, *in l. 4. Q. S. A. Struv. ex 13. th. 59.* Author theatr. servitut. *tit. 4. §. 9. ubi praxin in sepulchris hereditariis quarit, quibus via debetur, & usus per longum tempus intermissus.* Ratio hujus juris ab Henrico Zelfio in *addit. am. ad tit. Q. S. A.* obscura deprædicatur, & non tam in favore religionis & publica utilitate consistit, prout post plures sentit *Wissenbach ad n. p. 1. Disp. 20. th. 26.* cum hoc modo ne remitti quidem posset, contra *l. 14. §. 1. de servitut.* Excellentiss. *Dn. D. Majer, Patro- nus noster colend. in comment. ad 7. pag. 411. de servitut.* quam in eo se potius fundat, quod hoc itinere non semper, sed, non nisi sepulturæ causa, raro uti liceat, cui rei certum tempus præscribi nequit, cum non semper adsint sepeliendi, & causa atque occasio servitutis usurpandæ, quali casu servitus per non usum non amittitur, cum nihil illi imputari queat, qui aliquid facere, etiamsi vellet, non potuit, neque in non moriendo ulla negligentia sit. *Brunnem. ad l. 1. n. 9. & l. 4. Q. S. A. Joh. Versteegen de servitut. præd. Diss. 3. c. 2. pag. 398. Manz. de servitut. præd. urb. & rustic. n. 56. ad tit. Q. S. A. nisi quod Joh. Corasius ad l. 14. §. 1. de servitut. n. 5. pag. 517. Dn. à Göltniz. in Dissert. de servitut. præd. urban. & rustic. th. 48.* tunc, si casus frequentiores contigerint, & multi ex familia mortui, alibi veto sepulti essent, hujus juris amissionem admittant. Secundo neque habitatio non usu extinguitur per *l. 10. de usu & habitac.* licet enim ab habitu & potentia habitandi, tanquam jus, denominetur, Müller ad *Struv. ex 12. th. 62. lit. y.* cum tamen non tam sub nomine Juris constituitur, ut usufructus & usus, quàm potius, sub nomine commoditatis, ut habitet, quocunque tempore ipsi commodum sit, & absque facto actualis habitationis, vix concipiatur *l. 10. de capit. minut.* proinde cum usus nondam existat, ante actum habitationis, & dies hujus habitati-

bitationis, in singulos annos quodammodo relicta, cedere videatur, quoties ædium habitationem alter eligat, per non usum minime à futura habitatione quis excluditur, cum rei non existentis nullus sit non usus. Perez in *Cod. n. 37. de usufr. & habit.* Manz. *de servitut. personal. tit. 8. de habitat. n. 106. ubi ex Weizeneg. aliam adhuc. afferunt rationem*, Stryk ad Schüz. *voc. amittat. pag. 241. Lauterb. colleg. n. §. 12. Brunnem. ad L. 10. & D. Bohmer §. 4. de usu & habitat.* Dn. B. de Lyncker *de habitat. sect. 8. §. 26. Author theatr. servitut. tit. 18. §. 26. pag. 804. frustra dissentiente Vulcejo ad §. 3. n. 1. §. de usufr. per L. 13. Cod. de servitut. cum lex generalis posterior nunquam tollat decisionem priorem casuum specialium l. 80. d. R. §. c. 29. d. R. §. in 610. l. 3. Cod. de silent. D. Lauterb. Ex 2. concl. For. 7. Brunnem. ad l. 10. de usu & habitat. & l. 3. n. 5. Cod. de silent.*

§. IV.

Tertio operæ servorum inidem non usu non expirant, sed semper, in futurum exigì possunt, etiam si ad tempus fuerint intermissæ per l. 2. de oper. serv. & de usu & usufr. legat. quia in actu consistunt, & antea non sunt in rerum natura quàm indicuntur & præstantur l. 9. l. 22. de Oper. Libert. l. 7. de Usufr. Leg. quod autem non est, non utendo perire nequit, l. 26. de usu & usufr. Leg. cum privatio præsupponat habitum, Wesembec. & D. Bohmer n. 4. de Oper. Serv. Bachov. ad Tieutl. in addit ad vol. 1. Diss. 16. th. fin. lit. D. Stryk ad Schüz. *voc. finitur pag. 239. Manz. d. Servut. person. tit. 7. n. 14. & seqq. d. Oper. Serv. ubi n. 16.* hanc rationem ex Weizeneg. gero addit, quia operæ in solo actu servi consistunt, hincque jus operarum tandiu manere dicit, quamdiu servus operari potens est. Id quod Ddres ad operas rusticorum, **Frohndienste** extendere non dubitant. Cum in mera ac libera facultate Domini sit positum, an operas exigere velit nec ne, vel potius quia illæ itidem non debentur, nisi exactæ sint, Stryk in *Diss. de non usu jur. quas. c. 2. n. 35. & seqq. D. Grolmann p. 2. Tractat. de oper. debit. mutat. cap. 4. §. 42. post Brunnem. Manz. Klock. Mevius p. 4. dec. 131. n. 4. Goswin. ab Esbach ad Cz. p. 2. c. 4. def. 1. n. 4. Andr. Oekel. de præscript. immemor. c. 2. ib. 18. & c. 7. ib. 16. maxime cum dominus operis necesse non habuerit Lyncker *Cent. 3. dec. 278. & cent. 30. dec. 961.* nisi Dominus illas exegerit, & rustici contradixerint, dominus vero in illa protestatione acquieverit, tunc enim jus operarum præscriptione longissimi temporis amissum pronunciant, per l. 22. §. 1. Cod. de agric. & censit. l. 4. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. Author *theatr. servitut. tit. 18. §. 26. Philipp. Knipschild. d. jur. ac privileg. nobilitat. & ord. Equo.**

Equestr. S. R. 7. Liberi & Immed. Lib. 3. c. 21. n. 162. & seqq. Lauterb. Colleg. §. fin. d. Oper. Liberi. Dn. Baro Lyncker c. 1. Resol. 30. v. D. Grolmanni Tractat. p. 2. de operar. de bitar. mutat. cap. 4. §. 43. sic quarto quasi Ususfructus & usus rei fungibilis L. 5. §. 2. l. 10. §. 1. de usufruct. ear. rer. qua usu consumunt. per non usum non interit, quia dominium cum possessione ad fructuarium devolvitur §. 2. f. d. usufruct. ibique Vinn. l. 5. §. 1. & 2. l. 7. d. usufr. ear. rer. D. Bardili in Diss. de nuda propriet. eb. 19. neque Dominus non utendo rem suam amittere potest, sed potius continue illam possidendo uti semper intelligitur. Wetemb. n. 4. & Brunn. ad l. 9. n. 2. de usufr. ear. rer. Manz. d. servit. person. tit. 5. n. 11. & 12. & in l. 9. de usufr. ear. rer. insuper deciditur, quod per mortem & capitis diminutionem, solum finiat, Stryk d. non usu jur. quas. c. 2. n. 59. Müller ad Struv. Ex 12. th. 41. lit. a. Author theatr. servit. tit. 16. §. 12. Quinto excipiunt viam publicam, quam populus non utendo non amittit, quia est res meræ facultatis per viam publicam incedere nec ne l. 2. de via publ. Struv. ex 13. eb. 60. ibique Müller l. 6. Brunn. ad l. 2. n. 2. Q. S. A. B. D. Harpprecht in tract. d. præscript. immunitatis à collectio c. 2. th. 4. Manz. d. servit. præd. urb. & rust. n. 57. ad tit. w. Q. S. A. Versteegen d. servit. real. Diss. 3. §. 52.

§. V.

Et denique sexto usufructum alternis annis constitutum ab objecto hujus præscriptionis extinctivæ excludant per L. 1. §. fin. L. 2. §. 1. l. 28. quibus mod. usufr. vel usus amitt. ibique Brunnem. l. 13. de usufr. Legat. l. 11. de ann. Leg. quia instar annui legati, plures sunt usufructus, & plura legata annis singulis de novo cedentia, ita ut tot sint legata usufructus, quot anni, & tot igitur etiam præscriptiones l. 4. l. 11. l. 15. d. ann. Leg. Unde, etsi prioribus annis quis usufructu usus non sit, postea tamen, cessante impedimento, iterum uti non prohibetur in futuro, amissis tantum fructibus annorum, à quibus legitimum tempus elapsum, cum per non usum, futuro usufructui nondum existentem, neque præjudicari, neque 10. vel 20. annis tale jus neglectum dici possit, cujus tanquam annui, dies hoc demum anno cedit. C. J. A. lib. 7. t. 4. n. 8. & 10. Castillo de usufr. cap. 67. n. 30. & seqq. Borgninus Cavalcanus de usufr. muliori relicto, sect. 3. n. 30. pag. 382. Brunnem. ad l. 29. quib. mod. usufr. & l. f. n. 14. Cod. de servitut. Zœl. n. 18. Manz. d. servitut. person. n. 86. & 87. Joh. Voet. §. 6. ad tit. w. quib. mod. usufr. vel usus amitt. qui tres hanc juris dispositionem ad illum casum, si singulis annis, mensibus & diebus usufructus legatus, extendere non dubitant, per l. 2. §. 1. quib. mod.

mod. usufr. l. 11. d. ann. Leg. Ulicus Huberus ad π. §. 3. quib. mod. usufr. fruct. Joh. Versteegen. d. usufr. obs. 17. pag. 237. Stryk. d. non usu jur. quest. c. 2. n. 58. & seqq. Author theatr. servit. tit. 16. §. 12. Joh. Nicol. Hertius in comment. atque opuscul. vol. 2. tom. 3. Diss. d. prescript. iur. per. temp. intervalla renascent. sect. 1. §. 12. Addantur, quæ passim de præscriptione annuæ præstationis docent Interpretes ex l. 7. §. f. Cod. d. prescript. 30. vel 40. ann. cap. 20. x. d. censibus c. 18. x. d. jurej. c. 6. de relig. Dom. quod nimirum singulis annis una nascatur actio & cujusque anni propria sit præscriptio, adeò ut quot anni, tot sint præscriptiones, neque obligationibus in diem vel sub conditione præscribi possit, nisi dies venerit, vel conditio extiterit, l. 1. §. f. Cod. d. ann. except. quamvis hanc controversiam nostram jam non facimus, sed de illa legi possunt Gail. l. 2. obs. 73. n. 1. Myninget c. 3. obs. 13. ibique Fabricius, Brunn. ad l. 8. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. Stryk de Act. For. lrv. sect. 3. m. 1. ar. 4. d. prescript. act. & in Usu Moderno π. §. 3. d. ann. leg. Huberus ad π. §. 3. & Böhmer n. 2. d. ann. legat. Goswinus ab Esbach ad Carpz. p. 2. C. 2. def. 1. n. 3. post plures B. D. Frommann in Diss. d. annuæ reddit. th. 45. & B. D. Harppecht de prescript. immunit. à collect. c. 2. th. 7. & D. d. tacito pacto major. usurarum remiss. ex solut. min. presumtoib. 38. D. Hertius in laud. Diss. f. 1. pag. 313. & seqq. qui f. 1. §. 11. pag. 322. ex Henelio de dotalitio cap. 10. §. 24. pag. 379. & seqq. exinde porro deducit, quod si, pro dotalitio, certa quantitas annua in pecunia vel frumento & alia re simili consistens, exigi possit, nec huic juri per non usum in futurum præscribi queat.

Cap. III.

SUMMARIA

- §. 1. I. Requirum est non usus quid sit, & quomodo per alios servitus retineatur? §. 2. etiam donatarium, conductorem, & emtorem extraneum, pretium vel locarium solventem, §. 3. nec non locum, per casus varios, naturalem fluxum & permutationem aquæ &c. §. 4. explicat non utrum per modum exemplis, §. 5. plus tamen & scienter minus utendo retineatur servitus tota, ubi plura de partis usu, §. 6. & non usus quoque est, si non ut servitute quis utatur, §. 7. II. non usus debet esse voluntarius & culpokus, hinc pupilli, minoris, mariti, proprietarii & vasalli vix sufficit, §. 8. an procuratoris & officialis §. 9. & impedimentum ut defectus aquar. inundatio bellum, pestis, incendium, §. 10. dejectio, ruina ædium etiam excusant, ubi de negligentia probatione simul agitur & cautela revertalsium & proccitatio

stationum commendatur. §. 11. III. non usus debet continuatus esse per longum tempus, licet usus fr. paternus, maternus & rei mobilis sit, §. 12. in discontimis vero S. tempus præsentia duplicatur, §. 13. & demonstratur in variis speciebus, §. 14. anignoranti currat, & temporum conjunctio locum habeat §. 15. IV. in urbanis S. libertatis præscriptio necessaria est §. 16. rationem differentia explicat, §. 17. an titulus, §. 18. an bona fides? §. 19. maxime Jure Canonico requiritur.

§. I

Ut verò præscriptio servitutum extinctiva locum habere queat, quatuor requisita, ex Definitione fluentia, sunt necessaria. Et quidem I ut quis neque per se, neque per alios servitutis usus sit, vel non eo modo, quo servitus est constituta. II. ut ille non usus vel non legitimus usus sit voluntarius, & cum aliqua negligentia conjunctus, & III. legitimo tempore continuatus, tandem insuper IV. ratione servitutum urbanarum, libertatis præscriptio accedat. Primò igitur non usus requiritur & dici absque dubio ita meretur, si quis omnino non, neque per se, neque per alios, servitute, tanquam debita, utatur, Brunn. *ad l. 2. n. 1. Q. S. A.* sive deinde municipes sint *l. 66. §. fin. leg. 2.* sive per adversarium iterit, quominus quis debita servitute usus sit, *l. 8. §. 4. si servit. vind. l. 15. §. 8. quod vi aut clam C. J. A. lib. 8. tit. 6. n. 3.* ut si v. g. vi metuque dejectus *l. 9. §. fin. l. 10. d. vi ac vi arm. l. 4. §. 27. de usurp. & usucap.* ibique Brunnem. *n. 16. l. 1. §. 9. d. itin. alt. priv. l. 9. §. pen. q. m. c. Joh. Voetius §. 4. ad tit. n. quib. mod. usus fruct. vel usus amitt.* perinde est, & ubique servitus amittitur vid. §. 10. Idem est si creditor servitutibus fundo oppignorato debitis non utatur. *l. 15. de pign. alt.* ibique Brunnem. *n. 3.* vel donator *l. 40. de usufr. & qui precario rogavit illas, l. 8. §. 5. de precar.* Bocerus *Class. 5. Diss. 8. §. 73.* vel fructuarius *l. 15. §. f. d. usufr.* usum omisit. Recte verò e contra retinetur servitus, per colonum, usufructuarium, mercenarium, hospitem, medicum, *l. 12. l. 20. cum seqq. Q. S. A.* ibique Brunn, & *ad l. 10. Manz. d. servitut. real. n. 60. Q. S. A. Stryk d. non usu jur. quas. c. 2. n. 54. & c. 4. n. 7. & seqq. Uxorem, Joh. Voet §. 7. quibus mod. usus fr. maritum, familiam, l. 22. quib. mod. usufr. l. f. Cod. d. servitut. Manz. d. servit. person. n. 85. usufruct. quemad. cav. locium, l. 5. Q. S. A. Struv. Ex *13. th. 59.* ibique Müller, Brunnemann *ad l. 2. n. 1. & l. 10. n. 1. Q. S. A.* procuratorem, *l. 3. §. 7. d. itin. alt. priv.* Joh. Voet. §. 9. *Q. S. A.* negotiorum gestorem *l. 12. §. 2. d. usufr.* C. J. A. §. 1. *Q. S. A.* Müller ad Struv. Ex *13. th. 59. lit. d. Author. theatr. servit. tit. 16. §. 12.* Gerard. Nood. *de usufr. lib. 2. c. 8. pag. 617.* qui ad tempus ratihabitionis à domino factæ hoc restrin-*

restringit, Donatorem l. 12. §. 2. l. 38. l. 40. d. usufr. Vinn. ad §. 3. n. 2. *¶* d. usufr. bonæ fidei possessorem & prædonem, si nimirum civitas à tyranno occupata, Brunn. ad l. 12. Q. S. A. vel quis precario aut, vi dejecto domino possidet, l. 5. l. 12. l. 25. Q. S. A. Zæf. n. 10. Manz. d. servitus. P. U. & R. n. 61. §. 62. ad tit. π. Q. S. A. Verstege*n* in obs. Academi. forens. de usufr. obs. 17. pag. 392. Author theatr. servit. obs. 22. ad tit. 4. pag. 121. vel quæcumque tandem personam liberam vel servam, l. 22. Q. S. A. l. 1. §. 7. d. iiii. act. priv. ubi ampliatur, licet quis ignoraverit, cuius fundus esset, per quemitur. Franz. ad π. n. 30. & Manz. d. servit. præd. Urban. & rustic. num. 62. Q. S. A. Verstege*n* de servit. præd. Dissert. 3. n. 44. fol. 392. si quis nimirum per tales personas servitute utatur, vel usus sit, vel si usufructuarius alteri facultatem re usufructuaria utendi fruendi sive exercitium ususfructus concesserit, locaverit, vel vendiderit, vel negotiorum gestor usufructuarii nomine locaverit, l. 12. §. 2. l. 38. d. usufr. fruct. l. 3. §. 4. & §. de iiii. act. priv. Perez. n. 26. Cod. de usufr. & habitat. Zæf. n. 16. quib. mod. usufr. Harprecht. ad §. 3. §. n. 25. de usufr. Satis enim est, ad retinendam servitute*m*, per alium quemcumque, illa uti, fundum coli, nomine nostro; & quod v. g. fundi nomine itum sit, iuste vel iniuste, vel per quam personam, hoc factum sit, nihil refert, arg. l. 5. l. 6. Q. S. A. Author theatr. Serv. tit. 4. §. 6. & qui per alium possidet & utitur, ipse possidere & uti intelligitur c. 9. x. d. restit. spoliat. l. 5. §. 3. d. administrat. iur. Stryk d. non usu iur. quæf. c. 4. n. 7.

§. 11.

In eo tamen se exerit differentia quod si donatarius re usufructuaria non utatur, usufructus pro amisso habeatur, quia tunc nihil subest, propter quod, usufructuarius posset dici, uti re sua; licet verò è contra emtor & conductor, vel si is, cui venditus vel locatus usufructus vel potius eius exercitium est, eum iterum alii vendat vel locet l. 30. §. fin. de acquir. vel amitt. possess. re usufructuaria non utatur, nihilominus usufruct. per tales venditores & conductores retineatur, quia, qui pretio aut mercede fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur fruitur l. 35. §. 1. l. 38. & seqq. de usufr. l. 29. quib. mod. usufr. Rittershus. & Vinn. ad §. 3. n. 2. *¶* de usufr. Dn. D. Majer ad *¶* pag. 425. d. usufr. Joh. Verstege*n* in obs. Acad. forens. de usufr. obs. 17. pag. 237. Auth. t. b. ser. tit. 16. §. 12. Jo. Vext. §. 7. quib. mod. usufr. ubi generaliter dicta in l. 12. §. 2. d. usufr. ita restringenda docet, & ad objectionem, quod donator, donatarium ad antidora etiam obligatum, sicque debitorem, habeat, per l. 54. §. 2. de furt. respondet ex l. 25. §. 11. de hered. petit. Gerard. Nood. in oper. omn. lib.

lib. 2. c. 8. de usufruct. pag. 617. adde, quod, si conductor & colonus rem conductoris, aertio, praescribi pariat, illa praescriptio locatori minime noceat & praedjudicet, ex doctrina Carpz. p. 2. dec. 115. ubi praedjudicium exhibet, Brunn. ad l. 35. n. 6. d. S. P. R. § cent. 5. dec. 80. in fine. Quod si tamen non extraneo sed ipsi proprietario usufructus, eo quo potest, modo, locatus sit, eumque proprietarius postea, suo nomine, vendiderit vel locaverit, tunc sane, licet proprietarius fructuario solvat pensionem, nihilominus usufructus amissus dicitur in l. 29. quib. mod. usufr. quia emtor & colonus non usufructuarius, sed suo nomine, illa re fructus est, quamvis proprietarius ex locato teneatur, quanti mea interfuit, id factum non esse, Perez. n. 26. Cod. de usufr. Zael. n. 17. quib. mod. usufr. ubi late in rationem differentiae inquiri, Joh. Voet. ad eundem tit. n. §. 7. Gerard. Nood. dict. pag. 617. Aliter explicat hunc textum Vinn. ad §. 3. n. 4. 7. de usufr. & Brunn. ad d. l. 29. dicit, quod ratio hujus legis scrupulosior sit & ipsi videatur derogatum per l. f. Cod. d. acquir. vel amitt. possess. ejusque rationem aequam, quod nostrum, sine facto nostro, ad alium transferri nequeat.

§. III.

Illud quoque, quod supra diximus, per socii usum retineri servitutum rem, ita est declarandum, ut tunc demum locum habeat, si uni eidemque fundo, plurium communi, servitus debeatur, hoc enim in casu, quia unica & individua censetur servitus, tota quoque, per usum unius socii, retinetur, l. 5. commun. pred. l. 5. l. 6. §. 1. v. 16. Q. S. A. Cæpoll. d. servitut. cap. 24. n. 10. Struv. Ex. 13. tb. 59. ex Surd. dec. 231. n. 25. Barthius de jur. passend. c. 4. §. 1. secus vero est, si plures habeant servitutem in uno loco, v. g. jus aquam ducendi per eundem rivum, ad plura praedia propria, nec communia, licet per fundum communem, quia enim ita plures sunt servitutes, recte illius servitus, qui longo tempore non duxit, dicitur amissa, nec per ceteros, qui duxerunt, retinetur, d. l. 16. Manz. d. servit. pred. urb. § rust. n. 68. § 71. ad tit. n. Q. S. A. vel si fundus dominans regionibus divisus esset, quia hoc in casu perinde est, atque si ab initio duobus fundis servitus constituta esset, l. 6. §. 1. Q. S. A. Manz. d. l. n. 65. § 71. Author Theatr. servit. tit. 4 §. 6. vel nisi pluribus sociis diverso tempore & loco servitus constituta esset, tunc enim diversum & proprium jus quilibet habet, hincque, si unus servitute sibi debita, usus fuerit, propterea alterius jus, quod usurpari ab eo non potuit, non censetur retentum Struv. Ex. 13. tb. 59. ibique Müller lit. A. Manz. n. 66. ad tit. n. Q. S. A.

Sin verò fundus ferviens ita divisus variè distinguit *l. 6. §. 1. Q. S. A. & explicant* textum *C. J. A. §. 5. Zaf. pr. & Joh. Voet. ad n. §. 10. Q. S. A. Bachov. ad Tr. vol. 1. D. 17. th. 18. & in addit. Manz. n. 72. & 73. ad tit. Q. S. A. ad quos Autores B. L. remittimus. Imò si aqua per rivum suum sponte fluxit, etiam si aqua non sit usus, jus aquæ ducendæ retinetur, quia per aquam naturaliter currentem, fundus, ex se, & absque facto hominis, retinet jus servitutis quæsitum & jam formarum. *l. 12. Q. S. A. l. 1. §. 21. d. aqu. quorid. C. J. A. n. 71. Zafius n. 2. Manz. n. 58. & Joh. Voet. §. 9. ad tit. n. Q. S. A. Struv. ex. 13. th. 59. vel ipso quoque facto, si quis nempe ad usum positum haber id, in quo versatur possessio *l. 20. de S. P. U. C. J. A. lib. 8. t. 6. Et licet aqua saltem in partem agragii influxerit, nec ad ultima loca penetraverit, omnibus tamen partibus usurpatur & tota retinetur servitus *l. 9. Q. S. A. Struv. ex. 13. th. 59. Manz. d. serv. præd. Urb. & Russ. n. 69. ad tit. n. Q. S. A. Author theatr. servit. tit. 4. §. 9. vel ager sterilis nullos ferat fructus *l. 12. §. 3. de usufr. Joh. Voet. §. 7. quib. mod. usufr. Denique si duobus diverso tempore aqua sit permixta, illique horas inter se permutaverint, non amittunt servitutem, etiam si ultra definitum tempus aquas ita duxissent & neuter eorum suo tempore usus esset, quia alter pro altero uti videtur, neque servitus expirat, si alius quicumque servitute tanquam fundo debita utatur *l. 5. §. 1. de aqua quorid. Willenbach. ad n. p. 1. Diff. 20. th. 28. Struv. ex. 13. th. 59. C. J. A. lib. 8. t. 6. n. 2. Manz. d. S. P. U. & R. num. 46. & Joh. Voet. §. 9. ad tit. n. Q. S. A. Vettergen de servit. præd. Diff. 3. n. 44. pag. 393.******

§. IV.

Non usus non saltem in eo se exerit, si quis plane non utatur, sed ille quoque non uti videtur, qui non ex præscripto & illo modo, quo constituta est, servitute utatur, sicque ob modum à constituyente præscriptum non observatum, legitimo tempore, perdit jus servitutis, §. 3. p. d. servit. l. 10. §. 1. ibi: per constitutum ad amissionem tempus *Q. S. A. l. 1. §. 1. de itin. act. priv. l. 2. d. aqu. quorid. Joh. Voet. §. 9. Q. S. A. Nood. d. usufr. l. 2. c. 9. fol. 619. & seqq. ubi pag. 622. ex l. 10. §. 1. quemad. serv. amitt. legem. 18. aliisq. explicandus esse docet, paria enim sunt in jure, plane non uti, vel non uti debito modo arg. *l. 2. d. autor. tut. l. 6. qui satis d. cogant. & perinde habetur, qui contra modum præscriptum utitur, & ad suum modum non est usus ac si omnino non usus fuisset. Franz. n. 5. Zael. n. 17. ad tit. n. quib. mod. usufr. Author theatr. servit. tit. 4. §. 6. Utitur enim tunc quidem jure servitutis, sed non constituta servitute, Vinn. ad §. f. n. 6. f. de servitute. Dn. Dn.**

Dn. D. Majer *ad 7. d. usufr. pag. 411.* v. gr. si nocturna aqua servitus alicui concessa, & ille diurna aqua usus est, *l. 10. §. 1. Q. S. A. Zæf. n. 10.* Huberus §. 8. & Manz. n. 44. *ad tit. π. Q. S. A.* vel si certa hora servitute aqua ductus uti debet, & ille alio plane tempore utitur *d. l. 10. §. 1. l. 2. de aqu. quotid.* Franz. n. 30. *quib. mod. usufr.* Mart. Pegius *de servit. lib. 1. cap. fin.* Pruckmann. *Vol. 1. Conf. 14. n. 64.* Willensb. *ad π. p. 1. D. 20. th. 28.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 6.* vel si usufructus ædium hoc modo legatus, ut ætate habitaret, isque habitaverit hyeme, vel si sylvæ usufructus legatus, ut certo tempore & modo Sylvam cæderet, & alio modo & tempore cæderet. Vinn. n. 2. & Harppr. n. 22. *ad §. 3. 7. de usufruct.* Manz. *d. servit. person. n. 80. quib. mod. usufr.* Joh. Versteegen *de usufr. obs. 27. pag. 233.* Author *Theatr. Servit. tit. 16. §. 12.* Item, qui actum habet, ut certo genere vehiculi utatur, alio genere usus est, *l. 11. Q. S. A. Cæpolla de servit. c. 24. n. 7.* Huberus §. 8. & Manzius n. 47. *ad tit. π. quem ad. serv. amit.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 6.* vel si conventum, ne faciem mutet fundi, nec ex pascuo arvom faciat vel contra Huberus in *prælect. 7. Civ. n. 1. ad 7. de usufr.* Similiter si aliâ plane aquâ usus est, in servitute aqua ductus *l. 11. l. 18. Q. S. A.* Vinn. *ad §. 3. n. 2. 7. d. usufruct.* Brunn. *l. 1. n. 10. §. 10. n. 19. & seqq. Q. S. A. & l. pen. n. 5. Cod. de servit.* Manz. n. 43. *ad tit. π. Q. S. A.* Stryk. *de non usu jur. ques. c. 2. n. 54.* vel denique si servitute oves pascendi habet, & boves vel alia pecora ibi pascit, Pegius *de servit. lib. 3. pag. 117.* Brunn. *l. pen. n. 5. Cod. de servit. & l. 10. n. 22. Q. S. A.* Frid. Pruckm. *vol. 1. C. 14. n. 64. & 144.* D. Lauterb. *Ex. ad π. 18. concl. for. 19. lit. b.* Versteegen *de servit. præd. Diss. 3. n. 45. pag. 393.* Author *Theatr. Serv. tit. 4. §. 6. & 9.* Sanè in hisce omnibus & similibus casibus servitus, si quis illâ constitutâ secundum modum præscriptum per legitimum tempus non usus sit, amissa dicenda est.

§. V.

Diversum obtinet si quis non tam aliud quàm plus egisse videatur, & plus juris exerceat quàm habet; eo ipso enim conservat sibi jus competens, cum ille qui facit plus quàm debet, dicitur multò magis facere quod tenetur. Hincque, qui plus facit oneris, quàm licuerit, si latiore itinere utitur, aut aquæ concessæ admiscet aliam, ita, ut in fundum servientem aqua superior decurrat, potius magis & plus, quàm aliud fecisse dicitur, nec perdit servitute, *l. 11. Q. S. A. l. 9. §. 1. si serv. vind. l. 1. §. 18. de aqu. quotid.* Cæpolla *de servit. c. 24. n. 7.* Struv. *ex. 13. th. 59.* Pegius *de servit. lib. 1. c. fin.* Müller *ad Struv. ex.*

63. *lib. 57. lit. 1. Manz. de servit. P. Urb. & Rusf. num. 43. & 49. & Joh. Voet. §. 12. ad tit. n. quem servit. amitt.* Uti quoque qui servitutem 50 oves pascendi habet, & ampliori numero usus, v. gr. 150. vel 500 oves & 20. boves in fundum servientem pascendi gratia egerit, recte retinet servitutem Brunn. *ad l. pen. n. 5. Cod. de servit. & l. 10. n. 22. & 23. Q. S. A. Pegius de servit. l. 1. c. fin. pag. 22. Pruckm. vol. 1. C. 24. n. 145. cum segg. Lauterb. Ex. 18. c. f. 19. Manz. n. 49. & Huberus §. 8. ad tit. n. Q. S. A. Author Theatr. Serv. tit. 4. §. 6. & 9.* Interdum etiam qui minus utitur, retinet totum jus suum, illo nimirum casu, si usufructuarius sciens prudens, sibi usumfructum competere, saltem illa re utatur, tunc sane propter hanc scientiam totum usumfructum sibi conservat, & patris usus perinde habetur, ac si toto usus fuisset, l. 2. l. 8. §. 1. h. g. Q. S. A. l. 20. quib. mod. usufr. arg. l. 4. Cod. de non numerat. pecun. Quod si verò usufructuarius in illa opinione hæreat, sibi solum usum esse relictum, sicque ignoret, usumfructum sibi legatum esse, tunc amittit usumfructum, & opinio ipsi nocet, quia facit deesse animum fruendi, non enim ex eo quod habet utitur, sed ex eo, quod putavit se habere, sunt verba d. l. 20. ibi Brunn. C. J. A. n. 9. & 10. lib. 7. tit. 4. Zæf. n. 17. Manz. de servit. pers. n. 87. Lauterb. Colleg. §. 5. ad tit. n. quib. mod. usufr. Brunnemann. *ad l. 1. n. 4. Q. S. A. Vinn. ad §. 3. n. 2. 7. de usufr. Barthius in Disp. de usufr. pascend. c. 4. §. 1. Müller ad Struv. Ex. 12. lib. 34. lit. B. Versteegen de usufr. fruct. observ. 17. pag. 237. Author Theatr. Servit. tit. 16. §. 12. pag. 724. Stryk de non usu jur. quæst. c. 3. n. 39. Joh. Voet. §. 6. quib. mod. usufr. v. n. 5. amitt. Ex hoc principio infert D. Stryk in proxime alleg. Diss. c. 3. n. 41. & segg. quòd ille, qui hætenus saltem lepores, apros & capreolos quoque per adum ad inferiorem venationem pertinentem, totum jus venandi retinere possit, modo sciat, sibi jus venandi enàm majores bestias competere, & non permittat alteri hujus venationis usum, cum favorabilis sit conservatio juris, hincque interpretatione adjuvanda mitiori. Longe enim alia ratio est acquirendi, quam conservandi juris, illa enim in alieno odiosa est, & hinc benigna interpretatione non adjuvanda, hæc vero favorabilis arg. §. 18. 7. de legat. l. 22. leg. 1. l. 7. §. fin. quod cuiusque universi. nom. & si pro parte quis usus sit itinere vel angustiore via l. 9. §. f. si servit. vind. vel aquam non ad omnes fundi partes & ad quas illam ducere poterat duxerit, Joh. Voet. §. 12. Q. S. A. vel si servitus itineris per plures fundos imposta, & per unum quis ierit, per alterum non, tunc nihilominus*

minus tota retinetur servitus, cum servitutes reales sine individua
*l. 17. de servit. l. 1. §. 9. ad l. Falcid. l. 72. d. V. O. l. 25. §. 9. fam. her-
 ed. l. 4. §. 4. si servit. vind. Berlich. dec. 180. n. 7. Vinn. l. 1. §. 28. Ritters-
 huf. ad §. 3. 7. de usufr. & hic una adfit servitus l. 18. de S. P. R. l. 8. §. 1. Q.*
S. A. nam numero fundorum fervientium servitus non multiplicatur,
sed pluralitate dominantium praesertim accedente pluralitate personarum,
quibus servitus debetur, l. 32. de S. P. U. Struv. ex. 13. th. 59. Cæpoll. de
servit. c. 3. n. 7. & seqq. Wissenbach. ad n. p. 1. D. 20. th. 17. Manz. lib. 8.
tit. 6. n. 67. 69. & 70. Q. S. A. Versteegen de servit. praed. diss. 3. n. 10. pag.
319. & 320. Author theatr. servit. tit. 4. §. 6. & 9. Brunnem, ad l. 2. n. 4.
Q. S. A. Sic qui servitutem itineris & actus, habet, si statuto tempore i-
terat tantum solus, sine jumento, actum eisdem retinet, per l. 8. §. 1. de
servit. l. 30. §. 1. de S. P. U. l. 18. de S. P. R. l. 2. Q. S. A. ex Cusacio & Do-
nello Brunnem. ad l. 2. n. 4. Q. S. A. Author theatr. servit. ad tit. 4. obs.
22. cum iter per totum actum diffusum eique interpretatione juris infit-
vid. C. J. A. §. 4. Q. S. A. & ille qui pro parte utitur, non habeatur
pro non utente, Müller ad Struv. ex. 13. th. 59. lit. a. Manz. de servit. praed.
U. & R. n. 74. Q. S. A. modò sciverit actum & plenior servitutem sibi
competere, Faber ad l. 2. Q. S. A. Udalricus Zasius n. 1. & Lauterb. Col-
leg. n. 5. Q. S. A. Stryk. de non usu jur. quas. c. 3. n. 40. Quod si tamen
usufructuarius quibusdam duntaxat bonis non utatur fruatur, in reliquis
sanè bonis non amittit usufructum, cum usufructus, ratione rei, sit di-
visibilis, l. 1. §. 9. ad l. Falcid. & hinc pro parte divisa & in divisa amitti
potest l. 5. de usufruct. l. 14. l. 25. quib. mod. usufruct. Vinn. ad §. 3. §. n.
2. de usufr. Castillo de usufruct. c. 67. n. 24. Lauterb. Colleg. §. 6. & Manz.
de servit. personal. n. 82. ad tit. n. quib. mod. usufr. neque refert, si usufr-
uctus paternus Autor theatr. servit. tit. 16. §. 12. pag. 725. B. D. Lauterb.
Disp. de usufruct. pater. th. 39. siue maternus sit, B. Dn. D. Harpprecht,
in Disp. de impedim. usufruct. statut. matern. modisque eundem constitutum
solvenda th. 38.

§. VI.

Non tui quoque dicitur, qui non jure, siue ratione & contempla-
 tione servitutis sibi constituta utitur, veluti cum quis habet iter per fun-
 dum Ticianum & illum transeat quasi viam publicam vel pro alterius servi-
 tute utatur *l. 1. §. 6. de vin. Sact. priv. l. f. Q. S. A.* quia servitute usus non
 videtur, nisi is qui jure suo uti se credit, & usus dici nequit, nisi qui
 tanquam jure suo, suaeque servitute uti se credit, non, qui pro via publi-

ca aut alieno jure utitur, Struv. *Ex. 13. th. 57.* Frantz. *n. 30. quib. mod. usuf. fruct.* Manz. *de servit. præd. urb. & rust. n. 41. pag. 292.* Q. S. A. Stryk *de non usu jur. quas. c. 2. n. 54.* Joh. Versteegen *de servit. præd. pag. 393.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 6.* vel si precario, servitute utatur B. unn. *ad l. 1. n. 2. Q. S. A.* vel si pascat pecora, tanquam jure communitatis, in pascuis publicis, Müller *ad Struv. Ex. 13. th. 57. lit. d.*

§. VII.

Non verò sufficit solus non usus, sed secundo, cum aliqua singulari negligentia, ex qua tacita resultat renunciatio, conjunctus esse debet per *l. fin. ibi: tunc eam penitus amitti 20. annorum desidia Cod. de servit. l. 35. ibi: ut quod jus non negligentia aut culpa sua amiserunt, sed quia ducere non poterant, his restituetur de S. P. R.* Frantz. *n. 4. quib. mod. usuf. fruct. & num. 29.* Q. S. A. Stryk *de non usu jur. quas. c. 2. n. 53. & c. 3. n. 2.* Author *Th. servit. tit. 4. §. 6. & tit. 30. §. 91.* Ideò pupillus, quia nihil alienare, neque servitute expresse remittere potest, ob talem non usum voluntarium & culpofum, non amittit servitute, vid. Udalericum Zasium *l. 2. Consil. 6. inf.* ubi de jure vendendi ita respondet, in tantum, ut si major communem fundum cum pupillo possideret, & uterque non uteretur, tunc alter quoque propter pupillum viam retinet, quia res pupilli usucapi nequit *l. 48. de acquir. rer. domin. late B. Dn. D. Harpprecht in Resp. 83. num. 531. & seqq.* L. B. de Lyncker. *Resp. 32. n. 37.* & quia in indivisus, qualis regulariter est servitus Lauterb. *Colleg. §. 17. de servit.* etiam major propter minorem juvatur, & beneficiis pupillorum particeps fit *l. 10. Q. S. A.* ibique Brunnem. *l. un. Cod. si in commun. & eadem causa* Struv. *Ex. 2. th. 79. & ex 13. th. 60.* ibique Müller *lit. a. & B. C. J. A. lib. 8. tit. 6. n. 11.* Brunnem. *ad l. 2. n. 6. & 10. Q. S. A.* Lauterbach. *Colleg. n. §. 19. de minor.* Manz. *de servit. P. U. & K. n. 54. ad tit. Q. S. A.* Versteegen *de servit. real. n. 52. Diss. 3. pag. 299.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 9.* Joh. Voet. *§. 11. Q. S. A.* Neque etiam tutor & curator servitute constituit B. Dn. D. Harpprecht *Consil. 92. n. 155. cum seqq.* vel per non usum amittere, sicque pupillo & minori nocere potest *l. 3. §. pen. de reb. vor. qui sunt sub tutel. Bocer. class. 5. Diss. 8. th. 73.* C. J. A. *lib. 8. tit. 6. n. 11.* culpa enim tutoris & curatoris pupillo & minori non nocet *l. f. de administr. tut. l. 1. quoad. ex facto tutor. l. 3. §. 1. de tribut. Act.* & contra minorem nulla regulariter nisi præscriptio longissimæ temporis currit, *l. f. Cod. in quib. caus. restit. in integr. necessar. non est l. 3. Cod. de præscript. long. tempor.* ibique Brunnem: Neque maritus si non usus servitute fundo doctali

tali co
pignor
non usu
stante
possit
ad l. 5.
sum lo
de usu
vitute
verfo
quas.
marit
gere v
præscr
90. aa
§7. D

mirrat
sequit
habea
no, 6
tribut
damm
quum
comm
nam i
Resp.
dec. 2
ad Bl
ptor &
Grafs
specia
cer St
th. 63
desit
sic;

tali competente, uxori præjudicat, l. 5. l. 6. de fundo dotali arg. l. 31. de pignor. Bocer. d. l. th. 73. Lauterbach. Diff. de fundo dotal. th. 32. Stryk de non usu jur. quas. c. 4. n. 15. Aulior theat. servit. tit. 4. §. 9. cum uxor constante matrimonio, neque agere, neque præscriptionem interrompere possit, proinde illi non currit præscriptio, l. 30. Cod. de jur. dot. Brunna ad l. 5. de fund. dotal. §. l. 16. ibid. Neque Proprietarius per non usum servitutem fundo usufructuario debitam amittere potest, l. 15. §. 7. de usufruct. Castillo de usufr. c. 35. num. 1. Sic quoque si vasallus servitute feudo debitâ usus non fuerit, dominus tamen feudo ad eum re- verso, illa uti rursus poterit: arg. 2. F. 8. l. 31. de pign. Stryk de non usu jur. quas. cap. 4. n. 15. licet longissimo tempore usus omissus fuisset, quia Do- minus agere non potuit, antequam feudum ad illum fuerit reversum, a- gere verò non valenti, ob impedimentum juris intrinsicum, non currit præscriptio Stryk Ex. jur. feud. cap. 10. q. 9. Autho theat. servit. tit. 10. §. 90. add. Henricus Rosenthal de feud. c. 9. concl. 11. c. 10. concl. 45. n. 26. §. 87. Dn. B. de Lyncker Resp. 187. n. 15. §. seqq.

§. VIII.

An verò, si mandatarius non utatur servitute, propterea illa a- mitteratur? affirmat Dn. Stryk de non usu jur. quas. c. 4. n. 9. §. seqq. quem sequitur Müller ad Struv. Ex. 13. th. 63. lit. a. si nempe procurator plenum habeat mandatum, cum culpa procuratoris in jure semper noceat domi- no, qui negligentem mandatarium eligit, l. 10. Cod. de procur. l. 5. pr. de tribut. act. l. 4. §. 12. §. 18. de except. dol. mal. nec alteri innocenti debeat damnum afferre, l. 7. de dol. mal. sed potius, secundum naturam æ- quum sit, ut quem sequuntur commoda, eundem etiam sequantur in- commoda, l. 10. de R. 7. l. un. §. 4. Cod. de caduc. toll. modo, juxta senten- tiam in praxi receptam, solvendo sit, Carpz. p. 1. C. x. def. 23. §. lib. 3. Resp. 4. Gail. l. 2. obs. 45. n. 6. ibique Græveus Mevius p. 3. d. 29. §. p. 5. dec. 206. Rhodig. in π. Camer. lib. 3. tit. 23. §. 10. & Decker in vindic. ad Blam. process. tit. 9. n. 10. in fin. Excellentiss. Dn. D. Schweder præcep- tor & patronus noster veterand. de renunciat. appellat. §. 10. & Dn. Dr. Grafs, de elect. util. act. th. 23. Sic, si officiali & ministro negotiorum specialiter commissum sit, quod tunc non usus præjudicet Domino do- cet Stryk de non usu jur. quas. c. 4. n. 10. §. seqq. Müller ad Struv. Ex. 13. th. 63. lit. a. ubi addunt, quod aliud dicendum sit, si specialis commissio desit D. Stryk. de obligat. Princip. ex fact. ministr. c. 4. n. 39. §. seqq. In spe- cie; si officialis jure pacendi, in alieno Principi competente, tempore legi-

legitimo non usus, quod illud amissum sit, dicit Brunnemann, *cent. 5. Dec. 8.* ubi ita responsum addit. De jure quoque venandi Mohr *de jur. venand. p. 2. c. 2. in fin.* & Klock *v. 1. C. 29. num. 444.* idem docent, cum facta officialium pro factis principum, & scientia officialium, pro scientia principis à multis habeantur, late B. Dn. D. Harpprecht *in Consil. 95. num. 257. & seqq.* Andr. Ockel *de præscript. immemor. c. 3. th. 32. & c. 8. th. 16. & 17.* etiam in amittendis & præscribendis juribus Dominorum, Myler ab Ehrenb. *in hyparcholog. c. 10. §. 16. & seqq.*

Quamvis de cetero non negandum sit, quod sola scientia & negligentia officialium, generali mandato instructorum, in remittendis vel amittendis Dominorum juribus, iisdem non noceat, ex communi Doctorum opinione post plures Dn. Stryk *in Disp. de obligat. princip. ex facto ministri. c. 4. num. 25. & seqq.* B. Dn. D. Harpprecht *in Resp. 91. num. 33. & seqq. & Resp. 93. n. 34. usque n. 50. nec non Consult. nov. 4. n. 145. & 871. cum seqq.* cum factum ministri, tunc demum factum domini sit, eique noceat, si mandato expresso vel præsumpto conformiter egerit Stryk *d. D. cap. 2. num. 36. & seqq.* quod si verò extra fines mandati, talia, quæ dissipacionem bonorum & spoliacionem Domini involvunt, fecerit, minime pro facto Domini, & quod ei obesse potest, habendum sit, *l. 22. Cod. de pact. l. 12. Cod. de acquir. & retin. poss. Paris de puteo de Syndic. voc. composio c. 9. n. 5. Naurath, de jure subdit. n. 45. fol. 588. Stryk. d. cap. 2. num. 40. & 48. cum seqq.* B. Dn. D. Harpprecht. *Consil. 95. num. 262. & seqq.* Dn. B. De Lycker *Cent. 2. dec. 108.* cum quoad neglecta, omni & præsumto mandato destituantur, & tunc non ut officiales, sed, ut privati agant, arg. *l. 7. de donat. l. 21. l. 27. de administr. tutor.* D. Schœpfer *in Disp. de lata culpa ministri c. 2. num. 63. & seqq.* Ad minimum, si officialis non solvendo, Principi restituito in integr. non erit deneganda cum etiam privato domino hodiè concedatur. Stryk. *d. cap. 2. num. 261. & seqq.* D. Schœpffer *d. c. 2. num. 63. & seqq.* & B. Dn. D. Harpprecht, *Consil. 95. n. 265. & seqq.*

§. IX.

Uterius quia talis non usus requiritur, qui peculiarem negligentiam importat, exinde consequitur, quod si quis, ob impedimentum aliquod extrinsecum, Stryk. *de non usu jur. quas. c. 2. n. 53.* Author *obstr. servit. tit. 4. §. 6.* vel necessitatem servitute uti prohibitus sit, eatenus necessitas, uti aliàs v. gr. in privilegiis Lauterb. *Ex. ad π. 3. concl. for. 12. Mey. p. 2. dec. 1.* ita & hic excusacionem mereatur. Frantz. *n. 29. Q. S. A. Veitleg.*

Versteg. de *Servit. prad.* D. 3. n. 44. pag. 392. unde et si jure summo servitus, pro extincta, habeatur, si vel fons, ex quo aqua ducenda, exaruerit, L. 34. §. 1. L. 35. d. S. P. R. Manz. tit. 3. §. 24. n. 215. d. *Servit.* P. U. & R. tit. d. *aque ductu* Versteg. d. l. *Diss.* 2. n. 10. pag. 335. Huberus §. 5. Q. S. A. vel quis propter inundationem vid. *Lauterb. Colleg.* §. 82. d. *acquir. rer. Domin.* Bardili *Ex.* 16. *concl. for.* 16. servitute uti non poterit, L. 5. §. 2. L. 10. §. 2. L. 23. L. 24. *quib. mod. usufr.* L. 14. Q. S. A. Struv. *ex.* 13. *th.* 60. ibique Müller lit. β. & γ. & *Ex.* 41. *th.* 35. Barthius d. *jur. pascend.* c. 4 §. 1. Manz. n. 55. ad tit. π. Q. S. A. vel alio aliquo casu impeditus sit, L. 8. §. 4. si *serv. vind.* L. 9. *J. Pen. Q. m. c.* L. 15. §. 8. *quod vi aut clam.* ex arquite tamen, si fons ad venas suas redierit, & aqua recesserit, etiam, post lapsum longi temporis, cessante impedimento; servitus in pristinum statum reducitur, & prædii dominus antiquum servitutem renovare debet, quia servitus non culpa aut negligentia, amissa fuit, sed quia aqua duci & servitute uti quis non poterit, *Frantz n.* 29. Q. S. A. Struv. *Ex.* 13. *th.* 57. ibique Müller lit. a. *Lauterb. Colleg.* §. 17. *ex quib. caus. maj.* §. f. Q. S. A. *Author T. S. tit.* 4. §. 6. Huberus §. 5. Q. S. A. *add.* 7. P. W. p. 2. t. 34. §. und *Weil.* & negligentiaæ deum fructus damnum sit, L. 78. §. 2. *leg.* 2. L. 2. *Cod. d. condit. in publ. bon.* L. 24. *de his, quæ in fraud. credit.* L. B. d. *Lyncker in Resp.* 65. n. 93. quod si tamen flumen alveo mutato, locum servientem, totum occupaverit, tunc servitus non restituitur, quamvis aqua tempore elapso, recesserit, quia is locus alvei publicus esse cæpit, L. 24. §. 1. *quib. mod. usufr.* Müller ad *Struv. Ex.* 13. *th.* 60. *lit.* γ. Manz. d. *Servit. P. U. & R. n.* 133. d. *via pag.* 257. Neque servitus juris lignandi, per non usum longi temporis, amittitur, si sylva exusta vel devastata sit, cum sylva succrescere rursum possit ex *Stirpe.* *Wissenbach ad π. p.* 1. d. 20. *Versteg. d. servit. prad.* *Diss.* 2. n. 20. *pag.* 336. *Author Th. Serv. tit.* 11. §. 4. Neque, si occasionem venandi non habuerit, & nulla fera bestia in sylva fuerit, jus venandi amissura dici potest, cum hic omnis negligentia cesset, *Richter dec.* 16. *in fin.* L. B. d. *Lyncker Resp.* 65. n. 86. *Stryk d. non usufr. quas.* c. 3. n. 34. & c. 4. n. 4. ubi tamen, cautela loco, commendat, quod, hoc non obstante, per actus venationis, possessio, vel quasi juris venandi, conservanda sit, licet nulla spes capiendi adit. In genere enim nullæ servitutes, *Zafius n.* 4. Q. S. A. *Andr. Ockel d. præscripte. immemor.* c. 6. *th.* 15. *Dn de Lyncker C.* 14. *dec.* 1342. nec jus furnorum, *Stryk Diss. de jur. furnorum. cap.* 4. n. 14. nec jus molendini bannarii *Petr. Müller d. Mollendano bannario cap. fin.* §. 1. nec ulla privilegia, nec jurisdictio civilis vel criminalis, si casus non evenierit,

euerit, quo quis privilegio uti poterit, & v. g. non adfit facinorosus,
 longissimo licet tempore, amittuntur, arg. L. 52. §. 4. ad L. Aquil. L. 1.
 §. 2. Cod. d. Ann. Except. Goswin. ab Esbach ad Carpz. p. 2. C. 3. def. 23.
 Brunnem. L. 1. d. nund. & L. 35. n. 8. d. S. P. U. post plures B. D. Harpp.
 in tract. d. praescript. immunitat. à collect. c. 2. th. 20. Knipschild d. nobilitat.
 lib. 3. c. 21. n. 167. Stryk d. non usujur. que. c. 2. n. 41. & n. 50. & c. 3. n. 22.
 cum seqq. Joh. Voet. §. 25. d. constit. principum & §. fin. d. nundin. Similiter,
 à jure pascendi minime excluduntur, qui incendio, ruina, incurfione ho-
 stium vel casu aliquo, pecora sua amiserunt, & ad incitas redacti, alia
 comparare nequiverunt, arg. l. 1. l. 26. §. 9. ex quib. caus. maj. Barthius
 de jur. pascend. cap. 4. §. 1. Sprenger in Cons. 1. Facult. de jur. pascend. pag.
 31. & 58. vid. Gail. lib. 2. obs. 61. n. 5. & seqq. Losæus de jur. universit. p. 1.
 c. 1. num. 35. qui asserunt, quod Ecclesia vel civitas, ob bellum, ruinam
 passa & postea restituta omnia privilegia & jura retineat. Si enim quis
 belli tempore in exercitio privilegii Goswin. ab Esbach. ad Carpz. p. 2.
 C. 3. def. 23. Stryk. in Usu Mod. n. §. fin. de nundin. vel servitutis impe-
 ditus fuerit, tunc quia negligentia, quæ causa amissionis est, prorlus cessat,
 sicque occasio utendi jure suo, defuerit per non usum longissimi licet tem-
 poris, minime amittit servitutem competentem, Stryk de non usu jur. quæst.
 c. 4. n. 21. & 52. ubi c. 3. n. 36. & c. 4. n. 21. idem de peste recte affirmat, quod &
 dicit L. B. de Lyncker Cent. 10. dec. 979. argumento eorum, quæ Dres gene-
 raliter de praescriptione dormiente per tempus belli c. 30. x. de praescri. c. 15.
 c. 16. q. 3. Recept. Imp. de A. 1654. §. 166. B. Dn. D. Harpprecht Resp. 15. n. 70. &
 Resp. 86. num. 104. & seqq. & pestis docent, Struv. Ex 43. th. 26. Carpz.
 p. 2. dec. 116. Stryk. in Us. Mod. §. 8. de usurpar. & usucap. confer. Andr. O-
 ckel, de praescript. immemorial. c. 10. th. 10. Uti quoque idem juris obtinet,
 si ita forte conventum sit: Dasi so oft der andere seine Felder / unbestellet
 liegen ließe / diesem frey stehen solle / sein Vieh darauß zu treiben: alter
 verò, ultra longissimum tempus, incultos agros non reliquerit, tunc e-
 nim per eum non stetit, quò minus jus suum exercere poterit. Barthius
 de Jur. Pascend. c. 4. §. 1. neque hoc pacto ulla negligentia aut renunciatio
 datur Dn. à Lyncker Resp. 65. n. 89.

§. 22.

Si usufructuarius, à domino praedii dominantis, sit dejectus, ac-
 que ob id, constituto tempore, uti non poterit, tunc dominus cogentus
 erit, restituere amissam servitutem, l. 4. §. 27. de usurpar. & usucap. l. 1.
 §. 1. de vi ac vi armat. secus dicunt esse, si à praedone de fundo cum prop-
 rietate

prietario expulsus sit, cum tunc usufructus ad proprietarium redeat, & usufructuarius omne damnum à prædione, cujus factio petiti, reposcere possit. l. 10. de vi ac vi arm. Caspar Manz. de servit. person. tit. 4. n. 84. quib. mod. usufr. & de S. P. U. & R. n. 50. seqq. Q. S. A. Joh. Versteegen. de usufr. obs. 17. fol. 239. Author Th. Serv. tit. 16. §. 13. pag. 727. æquum enim est, ut servitus per vim amissa restituatur, l. 9. §. pen. q. m. c. l. i. §. 9. de itin. act. priv. l. i. §. 23. de aqua quotid. Stryk de non usu jur. quas. c. 1. n. 24. vid. Struv. Ex 13. th. 57. Et si, destructo molendino bannario, banniti ad aliud molendinum vadunt, eo ipso libertatem minime recuperaverunt, nec Dominus jus suum acquisitum propterea amisit, ex Chassaneo ad Consuetud. Burgund. rubric. 13. pag. 1454. Andr. Ockel. de præscript. immemorial. c. 7. th. 15. adde Perr. Müller de Molend. bannar. cap. fin. §. 1. Ut in casu si quis, propter ædes collapsas, servitute stillicidii & tigni immittendi, longotempore, uti non potuerit, ædificio tamen reedificato, servitus quoque ex æquitate reviviscit, l. 20. §. 2. l. 31. l. 33. de S. P. U. quia res eadem est propter aream, quæ mansit, & si forma ædificii mutata, Müller ad Struv. Ex. 13. th. 60. lit. 7. Manz. n. 33. & Joh. Voet. §. 11. ad tit. π. quemad. Serv. omitt. Lauterbach. Colleg. π. §. 3. ibidem & Ex ad π. 18. concl. for. 4. L. B. de Lyncker in Resp. 59. n. 18. & seqq. maxime, si ex parte domini prædii servientis, nil quicquam intervenerit, quod facultatem utendi excluderet Lyncker c. 14. dec. 1342. v. D. Thomasi Disp. de servitut. stillicid. §. 95. & seqq. & Author Th. Serv. tit. 5. §. 27. pag. 156. quid juris in usufructu Ex. l. 34. §. 2. l. 53. de usufruct. l. 5. §. 2. l. 10. §. 7. quib. mod. usufruct. l. 34. de usufruct. leg. docent. Struv. Ex. 12. th. 35. Stryk. in Us. Mod. §. 5. quib. mod. usufr. B. Dr. Harpprecht. Disp. de impedim. usufruct. statut. matern. l. 39. postremo notat D. Strykius in Disp. de non usu jur. quas. cap. fin. n. 5. quod negligentia alicujus, in non utendo tanquam res facti, & in speciebam aliquam delicti fere incidens, haud præsumatur, sed ab allegante probatores in genere asserunt B. Dn. D. Harpprecht. in Cons. 88. n. 10. & Cons. 87. n. 280. Ad illam tamen, tanquam rem difficultis probationis, demonstrandum etiam conjecturæ & præsumptiones recte admittuntur, Celsus Bar. §. 110. c. 2. n. 75. Menoch. de Ass. Q. lib. 2. c. 2. cas. 390. n. 16. ut v. gr. si quis, cui servitus pascendi debetur, interea temporis iis pascuis opus habuerit, nec tamen usus sit. Struv. ex. 43. th. 22. Author Medue. ad Instrum. Cæsar. Suevic. spec. 4. art. 5. §. 43. fol. 668. B. Dn. D. Harpprecht. in Disp. de præscript. immunit. à collect. cap. 2. th. 20. & forte rusticus fuerit, qui

qui pascuorum sunt tenacissimi, testante proxi quotidiana, post Manzium ad §. 2. n. 22. 7. de servit. prad. urb. & rusti, B. Dn. D. Harpprecht in Confil. 90. num. 9. insuper aliam minorem servitutem pascendi sibi sollicite conservaverit, amplio rem verò neglexerit, cum tamen qui in uno diligens, etiam in aliis talis præsumendus sit: Confil. Marpurg. vol. 4. C. 57. n. 17. Id quod Ampliff. Facultas Juridica in causa cap. 1. §. fin. laudata cum aliis rationibus itidem adduxit & maximè, cum non tantum occasionem, sed & causam magnam utendi habuerit, & magna pars reddituum in servitute v.g. pascendi consistat. Non enim credi potest, quod juri ac facultati suæ non renuncia verit, qui cum gaudere potuisset emolumento, quod ipse nunc magno studio affectat, ab eodem tamen magno suo onere abstinet, cum quilibet præsumatur esse diligens in his quæ ad lucrum ejus spectant arg. l. 25. de probat. L. B. de Lyncker Resp. 82. n. 47. & segg. & Cent. 14. dec. 1396. ubi alias adhuc affert circumstantias. Cùm igitur facile intermissio usus per negligentiam, ex his & aliis conjecturis, colligi queat, proinde ad evitandas lites, & ne non usus servitutis amissionem post se trahat, cautela loco probe observandum, ut litera reversales ab altero exigantur, quibus testetur, usus omissionem, non nisi ex amicitia, familiaritate, absque præjudicio servitutis, ad tempus fieri. Richter dec. 98. n. 6. Müller ad Struv. Ex. 13. th. 57. lit. 1. in fin. vel si illas impetrare non possit, protestationem, ante elapsum tempus, Carpz. p. 2. Confil. 30. def. 11. n. 11. interponat, se non utendo nolle renunciare servituti, Stryk. de non usu jur. quas. c. 1. num. 16. & segg. quæ protestatio jus inactum conservat, & præscriptionem interruptit Mev. p. 9. dec. 193. n. f. D. Bardil. de prescript. servitut. th. 13. in fin. id quod in specie de Molend. bannar. adestruuit Müller de Molend. bann. c. fin. §. 1. & addit, quòd paliridicis, jus suum tenendi gratia in statione ista, qua molendinum ante positum fuerat, de more in fixis, jus molendini bannarii conservetur.

§. XI.

Tertio requiritur justus & legitimus longi temporis lapsus, ut nimirum exinde tacita renunciatio & derelictio colligi & privatio locum invenire queat, cap. 15. x. de privileg. Stryk. de non usu jur. ques. c. 3. n. 2. qui enim in tam longo tempore prolixoque spatio, suam jus minime consecutus est, si fera pœnitentia ad pristinam reverti servitutem desiderat, sunt verba l. 1. Cod. de servit. Versteegen de servit. prad. Diss. 3. n. 47. pag. 395. neque justam conquerendi causam habet, quia scire debet, servitutum naturam esse, ut certis modis jure præscriptionis finiantur, ne inutilis v. g. sit præ-

pterias, semper abscedente usufructu §. 1. *l. de usufr.* Manz. n. 96. ad tit. quibus mod. usufructus. Non verò solum usufructus *l. pen. §. 1. Cod. de usufruct. arg. l. f. Cod. de longi temp. præscript.* ubi generaliter omnes servitutes longo tempore præscribi dicuntur. Struv. *Ex. 12. th. 34.* ibique Müller *lit. 4.* Castillo *de usufruct. cap. 67.* Harpprecht. ad §. 3. num. 24. *7. de usufruct.* Bachov. ad *Trentl. vol. 1. Diss. 16. th. 14. lit. H. Christin. vol. 2. dec. 176. num. 9.* Gratian. *Discept. forens. cap. 207.* paternus, Lauterbach. *Disp. de usufruct. paterno th. 39.* Author *Theatr. Serv. tit. 12. §. 21. pag. 556.* sive paternus statutarius sit, B. Dn. D. Harpprecht, in *Disp. de Impedim. usufr. statut. mater. th. 38.* ubi plures allegat. sed etiam reliquæ servitutes semel constitutæ, per longi temporis lapsum, hoc est, inter præsentés, in eadem provincia, 10. inter absentes, 20. annis, omnino amittuntur, *l. pen. Cod. de serv. l. 4. §. 27. ibi: per longum tempus: de usurpat.* Manz. *de serv. P. U. §. 8. num. 75. ad tit. n. Q. S. A.* Stryk. *de non usu jur. quas. c. 3. n. 6.* Author *Theatr. Servit. tit. 4. §. 7.* An verò usufructus rei mobilis eodem tempore pereat? negant quidem Vinn. *num. 3.* Bachov. *num. 5.* Rittershus. & Harpprecht, ad §. 3. num. 23. *7. de usufruct.* C. J. A. *lib. 7. tit. 4. n. 8.* Castillo *de usufruct. cap. 67. n. 3. §. 27.* Huberus ad *7. §. 11. de usufruct.* Joh. Voet. §. 6. *quib. mod. usufruct.* & triennium ex ea ratione sufficiens statuit, quia res mobiles triennio usucapiuntur, *pr. 7. de usucap. & in l. pen. §. 1. Cod. de usufruct.* eadem exceptio, quæ dominum, rem suam vindicantem, excludit, etiam usufructuarium non utentem, excludere dicitur. Sed receptor & verior est contraria opinio, quòd usufructus, sive in rebus mobilibus, sive immobilibus, consistat, non usu longi temporis extinguatur, cum non subjectum, sed ipse usufructus, qui ubique tantam jus, pro re immobili, habetur, sit considerandus, non attentæ, sive mobilis sit, sive immobilis, & Imperator quoque Justinianus in *l. pen. §. 1. Cod. de usufruct.* postquam egit de rebus mobilibus & immobilibus, non simpliciter dicat, quod omnis exceptio, quæ excludit dominum, etiam excludat usufructuarium, sed tantum illa exceptio, quæ excludit dominum absentem & præsentem. Quia vero hæc distinctio præsentis & absentis, in præscriptione rerum mobilium, non locum habet, ergo de illa ibidem non est sermo, adeoque hæc ipsa lex contrarium evincit & vult, in cuiusque rei usufructu observari præscriptionem rerum immobilium. Ut quoque ipse Imperator Justinianus hanc legem ita in *l. pen. Cod. de servit. explicat & ibidem, generaliter & absque distinctione, inter res mobiles & immobiles, longum tempus, præstituit & exigit.* Frantz. n. 4. & Colleg. x. Lauterbach. §. 6. *quib. mod. usufruct.* Bachov. ad *Tr. vol. 1.*

Disp. 16. th. 14. lit. H. Wissenbach. ad 7. §. 11. de usufruct. Brunnemant.
ad l. 16. Cod. de usufruct. Dn D. Majer ad 7. pag. 424. §. 425. de usufruct.
Stryk. in not. ad compend. Schüz. voc. mobilis fol. 236. Manz. de servitut.
perjon. tit. 4. Q. 3. n. 79. quib. mod. usufruct. Verstegeu de usufr. obs. 17.
pag. 238. Author Theatr. Servit. tit. 16. §. 12. pag. 726. novissime Gerard.
Nood. in oper. omn. lib. 2. c. 8. de us-fr. pag. 617. ubi dicit contrariam ex-
plicationem sibi nunquam placuisse.

§. XII.

Supra dicta tamen restringuntur, ad servitutes continuas & quoti-
dianas, si nimirum alternis diebus aut die vel nocte, vel alternis horis vel
una etiam hora in die sunt constitutæ, quod statuto longo tempore inte-
reant, cum ita pro una servitute & pro quotidiana habeantur Manz. n. 78.
§. 79. Q. S. A. Verstegeu de servit. prad. Diss. 3. num. 48. pag. 395. Quod
si verò servitus discontinua realis sit, secus enim est in usufructu, C. J. A.
lib. 7. t. 4. n. 8. §. 10. Hertius de præscrip. jur. per temp. intervalla renascent.
vol. 2. t. 3. f. 1. §. 12. pag. 322. l. 13. de usufruct. leg. vid. cap. 2. §. 5. nec
usum quotidianum, sed ex forma constitutionis, intervalla annorum &
mensium, habeat, ita ut alternis annis vel mensibus, saltem illa servi-
tute uti liceat, prout Familia Baronum Immediatorum de Speth Gammerr-
ringen & Neutra, & in specie possessores Des Büreckhoffs / in pagis
Kettacker & Irenhausen, jure pascuorum agnorum Lämmer & Waid/
mit 400. Lämmern und einen Laith-Hammel / alternis mensibus gau-
dent, tunc tempus duplicatum requiritur, ita ut dominus servitutis, li-
cèt præsens fuerit, tamen propter intervallum illud, quia usus servitutis ar-
liquando longiori temporis intervallo, discernatur, in effectu pro absente
habendus sit, & duplicitas temporis requiratur, quæ intermissionem illam
quasi supplet, & eo satis operatur, ut usus continuus censeri possit. l. 7. Q.
S. A. l. f. Cod. de servit. Franzk. n. 32. §. segg. & Hahn ad Welenb. n. 6.
ad tit. Q. S. A. Verstegeu de servit. prad. diss. 3. n. 48. pag. 395. Quomodo
verò hoc tempus duplicandum sit, in eo Udres iterum admodum discor-
des sunt. Alii 20. inter præsentis, & 40. annos, inter absentes, neces-
sarios dicunt, ut Welenb. n. 6. & Zasius ad tit. n. Q. S. A. Vinn. ad §. f.
n. 6. 7. de servit. Martin. Pegius von Dienstbarkeiten lib. 1. cap. fin. Quæ
sententia etiam jure Bavarico recepta est, referente Manzio n. 82. ad tit. n.
Q. S. A. Alii verò & quidem rectius asserunt, quòd in solo præsentem tem-
poris 10. annorum ad 20. annos duplicetur, in absente vero tantundem
temporis etiam sufficiat, neque 40. anni exigantur, cum tempus absentis
20. an-

20. annorum, jam sit à LL. duplicatum. Uti verò neque retorſio retorſio-
nis, Berlich. p. 5. *Concl.* 64. n. 45. Mauritius p. 1. c. 17. num. 13. Richter *dec.*
92. num. 19. neque fictio fictionis in jure licita, Barboſa *locupletar. lib. 6.*
cap. 13. ax. 2. B. Dn. D. Harpprecht. in *Conſil.* 84. num. 134. & ſeqq. neque
ſervitus ſervitu is datur *l. 1. de uſufruct. legat. l. 33. §. 1. de S, P. R. ibique*
Godofredus lit. 2. ita quoque nec duplicatio duplicationis, ratione tem-
poris abſentiae, obtineri debet; cum uſuper *l. f. Cod. de ſervit.* generaliter
20. annos ſufficientes pronunciet, ad præſcriptionem hanc extinctivam
ſervitutum, neque diſtinguat, inter caſum præſentiae & abſentiae, ſicque
indidiſtincte exaudiri arg. *l. 8. de public. in rem act. §. l. 7. Q. S. A.* ex illa re-
ſtringi debeat, quale nimirum tempus ſit duplicandum, Cœpolla *de ſervit.*
c. 24. num. 5. Frantz. num. 35. ad tit. π. *Q. S. A.* ubi hanc ſententiam ve-
riorem & communiter receptam nominat Hahn ad Wel. *ibidem C. J. A.*
lib. 8. t. 6. n. 6. ubi communi DD. calculo comprobata ſententia dicitur Struv.
Ex. 13. th. 57. ibique Müller *lit. 8. Perez. in Cod. num. 29. de ſervit.* Manz.
de ſervit. præd. urb. & ruſt. t. 6. n. 83. & ſeqq. Q. S. A. Brunnem. *ad l. fin. u.*
2. Cod. de ſervit. §. l. 7. Q. S. A. Verſtegen *de ſervit. præd. Diſſ. 3. n. 48.*
pag. 395. Stryk. in *U. Mod. §. 2. Q. S. A. & in Diſſ. de non uſu jur. quas.*
c. 3. num. 25. D. Böhmer num. 7. & Huberus §. 4. ad tit. π. *Q. S. A.* ibique
D. Thomafius, Author *Toeat. Serv. tit. 4. §. 7.* ubi veriorem in puncto ju-
ris dicit ſententiam. Et ita quoque corrigendum eſt Lauterb. *Colleg. §. 6.*
ad tit. Q. S. A. cum quilibet Author, ſecundum allegata, hicque ſecun-
dum Franz. & Hahnii doctrinam ſit explicandus. Barboſa *locupl. lib. 4.*
c. 43. ax. 3. & in manuſcripto Collegio de 40. annis nihil extet, inſuper
B. D. Lauterbach. *Ex. ad π. 18. concl. for. 20.* expreſſe huic ſententiae adſti-
pule ut. Licet autem de cœtero triennio vel quinquennio uſus ſit con-
ſiſtus, & intermiſſio hujus uſus cum abſentia concurrat, minime tamen,
ultra 20. anni requiruntur, neque tempus ulterius duplicandum vel tripli-
candum, & ſic porro, ob generalitatem *l. f. Cod. de ſervit.* ubi quis pactus
erat cum vicino ſuo, ut ei liceat in ſylvam ſuam per agrum vicini, uno
tantummodo die per quinquennium tranſire & nihilominus talis ſervitus
per non uſum 20. annorum penitus amiſſa dicitur, C. J. A. n. 7. *Q. S. A.*
Frantz. *ad π. num. 37.* & Stryk. in *U. M. §. 2. Q. S. A. & de act. for. invest.*
l. 3. m. 2. ax. 1. num. 50. de præſcript. action. Brunnem. *ad L. 7. Q. S. A.* In
eo quoque concordet ſunt Ddres, quod tempore immemoriali ſervitutes
quidem abſque debio amittantur. Andr. Ockel. *de præſcript. immemor. c. 6.*
th. fin. Dn. de Lyncker *c. 14. dec. 1396.* ſed tamen non præciſe id requira-
tur, verum ad amittendam ſervitutem diſcontinuum, hoc tempus dupli-
catu

catam utique sufficiat, Jacob Thomingius *dec. 54. num. 8.* ubi ita Anno 1563. responsum refert. Paulus de Castro *ad L. 7. Q. S. A. Hahn. de jur. pascendi. th. 65.* ubi videri potest. Molina de *7. § 7. tract. 2. Disp. 70. n. 10.* Licet hodie in praxi, quoad acquisitionem servitutum discontinuarum, immemorabile tempus exigatur, *Mev. p. 9. dec. 164.* Goswin. ab Esbach. ad Carpov. *p. 2. C. 4. def. 8. B. D. Harpprecht Conf. 72. num. 181. § 182. § Cons. 90. num. 77.* Author *Theatr. Serv. tit. 2. § 31. § tit. 10. § 37.* Stryk. *U. Mod. § 6. de Servit.* quia favore libertatis, & odio servitutis & negligentis uti fundus facilius & citius liberatur à servitute odiosa, quam ut servitus inducatur, & quia insuper, per reductionem libertatis, & liberationem à servitute, cui savendum, minor læsio, per servitutis amissionem inferitur, proinde iuste brevior terminus admittitur Brunnem. *ad L. fin. n. 12. Cod. de servit.* Stryk. *de non usu jur. quas. cap. 3. n. 7. § de Act. for. invest. sect. 3. membr. 2. ax. 1. num. 12.* Author *Theatr. Serv. tit. 4. § 7.* Neque in præscriptione 30. vel 40. annorum ulla duplicatio locum invenit *Capolla de servit. c. 24. num. 4. Verstege. de servit. præd. Diss. 3. n. 48. pag. 396.*

§. XIII.

Hæc generaliter firmatis, jam specialiter inferunt Interpretes, quod servitus oves pascendi, licet sit discontinua, tamen non utendo per longum tempus amittatur, Brunnem. *ad l. 2. num. 10. de via publ. § l. fin. Cod. de servit.* *Betold. Cons. 15. num. 65. cum seqq.* Manz. *de servit. P. U. § R. num. 76. § 77.* *Q. S. A. B. D. Lauterb. Ex. ad n. 18. concl. for. 14. & Colleg. n. § 6.* *Q. S. A. Müller ad Struv. Ex. 43. th. 22. lit. 1.* Stryk. *in U. M. § f. Q. S. A. § Disp. de non usu jur. quas. c. 4. num. 18. § seqq. B. D. Harpprecht. in Cons. 72. num. 181. § 182.* *Andr. Ockel. de præscript. immemor. c. 6. th. 5.* nisi jus pascendi ita concessum sit, ut alternis mensibus vel annis saltem pascere liceat, tunc enim duplicatum tempus necessarium est, *Capolla de servit. c. 24. num. 5.* Müller *ad Struv. Ex. 13. th. 57. lit. 7.* Idem statuunt de servitute seu jure fœnum in pratis suis collectum transportandi, per prata vicini, & similibus servitutibus, per intervalla annorum vel mensium competentibus, quod non utendò & interpresentes & absentes 20. annis amittantur, *Capolla de servit. c. 24. num. 2.* *Lauterbach. Ex. 18. concl. Forens. 20.* Müller *ad Struv. Ex. 13. th. 57. lit. 6.* Jus quoque lignandi, quod civibus vel incolis in vicinis sylvis, singulis mensibus & septimanis, una die competit, 20. annos ad amissionem servitutis, requirit, *Capolla de servit. c. 14. num. 5.*

Zoel.
n. 68. I
Lugo.
vic. ut
imped
quirit
secus
sufficit
bi dici
longo
territo
22. n. 1
3. c. 5. 1
tit. Gai
su jur.
venand
Noe M
Müller
longum
tem ten
illo jure
licitu
66. § 7
c. 4. nu
ta extin
in Met
Stryk. i
lia jura
vius ten
4. num.
lessoris
L. n. de
n. 28. §
ni ratio
leg. l. 23
usufruct.
tentia, a
Zoel.

Loef. §. 7. *Q. S. A.* Molina de *J. & J. tr. 2. Disp. 70. n. fin.* Besold. *Conf. 15. n. 68.* Lauterb. *Ex. 18. c. for. 21.* Müller ad Struv. *Ex. 13. th. 57. lit. b.* Joh. de Lugo de *J. & J. Disp. 7. sect. 6. n. 79.* ubi addit, quod initium præscriptionis servit. urbanarum ab eo demum die desumendum sit, quo per actum positivum impedisti, ne adversarius uteretur jure suo, in rusticis verd, ubi actus non requiritur, statim à tempore incipiat, quo adversarius cepit jure suo non uti, locus esset si alternis diebus competeret, tunc enim ordinarium tempus sufficit, v. Author *theat. serv. tit. 11. §. 4.* Manz. *n. 80. ad tit. Q. S. A.* ubi dicit: quod Jure Bavarico servitus per singulas hebdomadas constituta, longo tempore amittatur. Similiter jus venandi, quatenus in alieno territorio, ad instar servitutis, hodie competit, Pruckmann *vol. 2. Conf. 22. n. 16. 20. & 21.* Mevius *p. 3. dec. 95. num. 3.* Knipschild. *de nobilit. lib. 3. c. 5. n. 62. & seqq.* Author *Theat. serv. tit. 12. §. 3.* longo tempore interit Gail. *lib. 2. obs. 60.* Müller ad Struv. *ex. 43. th. 22. lit. x.* Stryk. *de non usu jur. ques. c. 3. num. 11. & seqq.* nisi alternis annis vel mensibus, alteri jus venandi, ex pacto competat, tunc enim 20. anni semper requiruntur, vid. Noe Meurer in *Jagt und Forst Recht/ pag. 109.* Stryk. *dict. cap. 3. n. 26.* Müller ad Struv. *Ex. 13. th. 57. lit. b.* ubi tamen aliud dicendum esse, & longum tempus sufficiens statuunt, si quis ex libera voluntate certo saltem tempore, v. g. in der *Schwein-Jagt/* oder in der *Hirsch-Brunst/* illo jure venandi utatur, cum ipsi alio & quocunque tempore etiam venandilicium sit, id quod in idem ita decisum extat apud Besold. in *Conf. 15. n. 66. & 75. cum seqq.* uti quoque jus furnorum Stryk. *Disp. de jur. furnor. c. 4. num. 212. & seqq.* & Molendini bannarii, privato competens, ita extinguitur, Müller de *Molend. bannar. cap. fin. §. 1.* Myler ab Ehrenbach. in *Metrol. c. 19. num. 4.* ubi de torculari bannali agit. Imo Dn. Stryk. in *Disp. de non usu juris quasitis cap. fin. n. 19. & 20.* id ad omnia similia jura extendere non dubitat. Interdum ex statuto & conventione brevius tempus admittitur, Stryk. *de non usu jur. ques. c. 3. num. 49.* qui in *cap. 4. num. 20.* id deinde non duplicandum esse adstruit. Uti quoque in possessoriis nonnullis brevius tempus est præfixum, l. 1. §. 2. *de vin. act. priv. l. no. de fonte. l. 1. §. 9. de riv. l. 1. §. 4. 10. & 19. de aqu. quotid.* Stryk. *c. 3. n. 28. & seqq.* Interdum longius tempus requiritur & quidem centum anni ratione Ecclesiæ & civitatis per l. 56. *de usufruct. l. 8. de usufruct. leg. l. 23. Cod. de S. S. Eccl. Nov. 9.* juxta Mynsingerum ad §. 3. *n. 6. §. de usufruct.* Castillo de *usufruct. c. 67. n. 28. & seqq.* quamvis ex veriori sententia, alii lapsum 40. annorum sufficientem dicant *aut. quas actiones Cod. de*

E

de

de SS. Eccl. Nov. 111. c. 1. N. 131. c. 6. c. 8. x. de prescript. l. 1. Cod. ne rei dominic. Cæpolla de servit. c. 24. n. 7. Schneidewin. ad §. fin. n. 29. §. de servit. Manz. de S. P. U. & R. num. 86. ad tit. π. Q. S. A. confer. D. Bardilli in Disp. de servit. prescript. th. 44. num. 18. argumento eorum, quæ DD. generaliter de prescriptione quadragenaria contra Ecclesiam, Molina de §. & §. tract. 2. Disp. 71. n. 3. & disp. 72. Richter d. 21. num. 49. B. Dn. D. Harpprecht. in Consil. 52. n. 74. & Resp. 57. num. 365. cum seqq. & contra civitatem docent Lauterbach. in Disp. de variet. temp. pag. 47. & Colleg. π. §. 41. de usurpat. & usucap. Loëus de jur. Universit. p. 3. c. 17. num. 115. & seqq. Goswin. ab Esbach. ad Carpzov. p. 2. c. 5. def. 5. num. 7. Stryck. de act. for. invest. f. 3. m. 2. ax. 1. n. 6. de prescript. act. & f. 4. m. 5. pag. 422. Et porro contra Principes vix alius quam longissimi temporis, non usus servitutum admitti potest arg. l. f. Cod. de fund. patrimon. tot. tit. Cod. ne veri domin. l. 4. de prescript. 30. vel 40. ann. Myler in hyparchol. c. 10. §. 16. n. 27. Brunnem. cent. 5. dec. 80. Stryk. de non usu jur. quas. c. fin. n. 13. ubi, quoad regalia, tempus plane immemorabile exigit. In Saxonia, in usufructu reimmobilis & immobilis Richter dec. 21. n. 54. Carpz. l. 1. Resp. 63. num. 3. & seqq. & reliquis servitutibus 31. anni 6. hebdom. & 3. dies requiruntur, Carpzov. dec. 288. num. 7. & seqq. Richter dec. 86. n. 2. Stryk. de non usu jur. quas. c. 3. n. 27. Moribus verò Geldricis & Hollandicis triens seculi absque duplicatione Romana exigitur post plures Verstege. de usufruct. obs. 17. pag. 239. & de Servit. prad. Diss. 3. num. 47. & 48. fol. 395. & 396.

§. XIV.

Hoc tempus etiam ignorantia currit, ut si quis ignoraverit, sibi servitutum legatam esse, utpote quæ ignorantia absque ulla cessione aut traditione heredis acquiritur l. f. de servit. leg. §. 6. §. per quas person. cuique acquiritur Struv. ex. 13. th. 36. Lauterb. Colleg. §. 16. de usufruct. & §. 10. de servitut. Dn. D. Grafs. in Disp. de Jur. fontium th. 9. pag. 39. vel servitutes, emtis prædiis deberi, reticente eas venditore. l. 66. §. 1. de contr. emt. & vend. tali enim casu nihilominus servitus longo tempore perit, per l. 19. §. 1. Q. S. A. l. 20. quibus mod. usufruct. arg. l. 3. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann. Cæpolla de servit. c. 24. num. 6. Struv. Ex. 13. th. 57. Hahn. ad W. senb. n. 5. & Lauterb. in Colleg. π. §. 6. ad tit. Q. S. A. Manz. de servit. P. U. & R. tit. 6. n. 40. Q. S. A. Stryk. de non usu jur. quas. c. 3. n. 6. Joh. Verstege. de servit. prad. Diss. 3. num. 47. pag. 394. Author medit. pacis Cæsar. Suevic. pag. 669. ita ut propterea probatio scientiæ & patientiæ a veritasari non necessaria sit, bene ita docente Mascardo de probat. vol. 3. com. 1221.

1221. n. 58. 59. & Befoldo *Consil. 15. num. 80.* Quamvis nonnulli, ob ignorantiam, ex clausula generali, restitutionem concedant Cæpolla de *servit. cap. 24. num. 6.* Pegius de *servit. lib. 1. c. fin.* Zasius n. 6. ad *tit. Q. S. A. Manz. de S. P. U. & R. n. 107. Q. S. A.* de qua vexatissima quæstione, an ob ignorantiam, de Jur. Civ. vel moribus nostris, restitutio in integrum detur, legi possunt late tradita apud Lauterbach. in *Colleg. n. §. 19. ex quibus caus. major. §. 35. de usucap. & §. 26. de re judic.* Stryk. in *U. M. §. 8. ex quib. caus. maj. B. Dn. D. Harpprecht. in Conf. 65. num. 307. Cas. 70. n. 323. & Conf. 99. num. 83.* ibique cum multis *segg.* Sic quoque tempus negligentiae, quo non usus est præcedens dominus, cui deberetur servitus, eade imputatur sequenti & successori per *l. 18. §. 1. Q. S. A. Struv. ex 13. th. 17.* ibique Müller lit. 1. Author *theatr. serv. tit. 4. §. 7.* Id quod in præscript. servitutum rusticarum, ubi simplex cessatio & solus non usus sufficit, omnes concedunt, quia non uti, non est personale quid, sed ejus effectus, utique ad prædium spectat, at in urbanis servitutibus, ubi libertas simul ufucapienda est, præscriptionem à domino prædii servientis ex integro incipiendam esse, nec tempus successori prodesse asserunt per *l. 32. §. 1. de S. P. U.* quia ufucapio liberatris v. gr. altior ædificatio & usus, tanquam res facti personalis, de persona ad personam non transeat, neque si antecessor altius ædificaverit, successor ædificasse dici potest, neque successor illo tempore usus videri potest, quo suus author usus est, C. J. A. *lib. 8. t. 6. num. 8. & 10. Wissenb. ad π. p. 1. D. 20. th. 27. Manz. de S. P. U. & R. n. 107. & segg. ad tit. π. Q. S. A. Joh. Verkeg. de servit. præd. Diss. 3. n. 57. pag. 398. Huberus ad π. §. 7. Q. S. A.* ubi tamen addit, si quis sub dispositione in *§. 7. f. de usucap. & l. un. Cod. de usucap. transform.* ibique fundata conjunctione temporum, etiam hanc speciem ufucapionis, etsi improprie, comprehensam esse contendat, se non habere quod opponere velit, uti quoque Joh. Voet. *ad π. §. 8. Q. S. A.* conciliationem hominum rectum, in temporis diversitate, quaerit, & quod Author *d. l. 32. Julianus,* cum ante Imperator. Severum & Antoninum, sub Hadriano floruerit, temporum continuationem, postea demum Imp. Severi & Antonini constitutione introductam, ibi ponere non potuerit, uti Paulus autor *l. 18. qui Severo demum & Antonino Caracalla celebris fuit:* videantur *Manz. diel. l. n. 102. & D. Thomasius in not. ad Huberum §. 7. Q. S. A.* qui *l. 32. §. 1. de S. P. U.* de casu, ubi ille, qui libertatem ufucapere cepit, contra suam voluntatem, possidere postea desit, explicant, hincque, propter interruptam possessionem, novum possessorem, accessione temporis, uti non posse, sed ufucapionem, ex integro, incipere debere statuunt.

§ XV.

Quod si igitur hæc tria hæcenus exposita requisita concurrunt, tunc in rusticis servitutibus sola cessatio, & solus non usus ad extinctionem sufficit, licet præscribens libertatem prædii, nihil faciat, neque ullam prohibitionem vel admonitionem interponat L. B. de Lyncker *Resp. 65. num. 87. & num. 92. & seqq. & vol. 2. Resp. 16. n. 11. & seqq.* Cùm enim servitutum rusticarum natura in actuali exercitio cundi, agendi, velendi, pascendi, aquam hauriendi &c. consistat. Hisce sane actibus amissis, & concurrente propria indigentia, negligentia factis aperte arguitur Plebit. ad J. P. W. p. 2. th. 28, Manz. de servit. P. U. & R. n. 87. & Huberus n. §. 6. ad tit. Q. S. A. Barthius de jur. pascend. cap. 4. §. 1. E contra IV. ratione servitutum urbanarum, non sufficit sola negligentia non utentis, domini prædii dominantis, sed insuper actus positivus, servituti directæ contrarius, & qui usum servitutis impedit, v. g. obturatio, demolitio, domini prædii servientis requiritur, ut ita alter, qui servitutem debet, libertatem suarum ædium contestetur sicque Dominus prædii dominantis privetur quasi possessione servitutis, & dominus prædii servientis constituitur in quasi possessione actus præscribendi libertatem per l. 6. de S. P. U. ibique Brunnem, Zoef. num. 8. & Lauterbach. n. §. 5. ad tit. Q. S. A. Brunnem. L. pen. num. 6. Cod. de servit. Carpz. p. 2. dec. 288. Dn. D. Maier ad 7. pag. 412. de servit. Stryk. in diss. de non usu jur. quas. c. 2. n. 55. & c. 3. n. 8. & 9. nec non de alt. for. invest. f. 3. m. 2. ax. 1. num. 14. Mauz. n. 7. 8. & seqq. ad tit. n. Q. S. A. Wilsenb. ad n. p. 1. D. 20. th. 26. Joh. Versteeg. de servit. præd. Diss. 3. n. 23. & 49. pag. 396. & 397. Authot theat. servit. tit. 4. §. 6. L. B. de Lyncker vol. 2. Resp. 16. num. 6. & seqq. vid. tamen D. Thomastus in Diss. de servit. stillicidii §. 22. & seqq. Nam si v. g. ædes Titii, ædibus Caji servitutem tigni immittendi debeant, licet tignum non sit immissum in ædes Titii, sed exemptum per 10. vel 20. annos, tamen servitutem Caji non amittit, modò foramen maneat, quod si tamen Titius aliquando novi faciat, contra servitutem, & foramen obturet, ita ut, ne vestigia quidem servitutis supersint, tunc utique hæc servitus, si ita constituto tempore foramen obturatum habuit, est præscripta, l. 6. l. 32. §. 1. de S. P. U. l. 18. §. fin. Q. S. A. l. 4. §. fin. de usurpat. Frantz. num. 36. Hahn. ad Wesenb. num. 6. & Böhmer num. 5. ad tit. Q. S. A. Struv. Ex. 13. th. 58. vel si ædes alicujus servitutem altius non tollendi debeant, ne luminibus officiat, & dominus prædii dominantis, per statutum tempus non ædificaverit, vel fenestras præfixas & occlusas habuerit, tunc quamdiu domi-

mus prædii fervientis, nihil novi, contra naturam hujus servitutis fecerit, neque ædificium altius sublatum sed depressum habuerit, retinetur sane servitus, & per contra ædificationem & actum directo servituti contrarium, non arborem l. 7. de S. P. U. Brunnem. l. pen. num. 6. Cod. de servitut. Author theatr. servit. tit. 4. §. 2. Joh Voet. §. 11. & Manz. de S. P. U. & R. num. 95. ad tit. 7. Q. S. A. sed v. g. si altius sublatum ædificium habet, demum amittitur l. 4. §. 27. de usurp. l. 6. de S. P. U. Cæpolla de servit. c. 24. num. 6. Vinn. ad §. fin. n. 6. 7. de servit. Perez. n. 30. Cod. de servit. Manz. de S. P. U. & R. num. 93. & segg. Huberus §. 6. & Joh. Voet. §. 11. ad tit. 7. Q. S. A.

§. XVI.

Ratio differentia non tam quaerenda est cum Corasio ad l. 14. n. 43. de servit. in nobilitate prædiorum urbanorum, & quia Reipublicæ interest, ne publicus aspectus deformetur l. 2. §. 17. & l. fin. ne quid in loc. publ. l. 2. Cod. de adif. privi. l. 20. §. 10. de N. O. N. cum Reipubl. æque, si non magis, inserit servitutes rusticas, fructuum causa comparatas, conservate, & agrorum ferè potior cura, quàm ædificiorum maxime vilium sit habenda, nec non raro per servitutes urbanas, v. g. altius non tollendi, deformitas inducatur Harpprecht. ad §. 4. num. 35. cum segg. 7. de servitut. Manz. num. 88. & Huberus §. 6. ad tit. Q. S. A. vid. omnino Carpzov. dec. 288. num. 13. & 14. Sed potius quia rusticæ servitutes non consistunt nisi in solo exercitio & facto ejus, cui debentur, quo cessante, statim ponitur non usus, ad amittendam tempore servitutem sufficiens. Cùm è contra urbanæ servitutes nihil exercitii habeant & in sola patientia ejus, qui debet, se fundent, hinc præter non usum aliquo facto opus est, quod argumentum sit interruptæ patientiæ, aliàs sane quamdiu ædificia servituti adaptata sunt, & ille, qui servit, ad libertatem rei suæ usurpandam, nihil contra servitutum in suo molitur, recte retinetur servitus, Zoef. num. 2. & Frantz. n. 37. ad tit. 7. Q. S. A. Vinn. ad §. f. 7. de servit. Brunnem. ad l. 6. n. f. de S. P. U. ubi addit, quod servitute urbana uti, v. g. tignum immittere, aliquando non expedit, sed, non uti servitute rustica, vix alii causa, quàm negligentia, adscribi possit, Versteeg. de servit. præd. Diss. 3. num. 50. pag. 397. Perez. n. 30. Cod. de servit. Author theatr. servit. tit. 4. §. 8. Stryk. de non usu jur. quas. c. 2. num. 34. cum segg. & c. 3. num. 9. hanc porro adjungens rationem, quòd per factum & prohibitionem ex parte domini prædii fervientis, libertas, meam rem pro lubitu tractandi, mihi demum in servitutibus adimatur, quia usus earum in fundo proprio incipiat

piat & effectum tantum ad fundum alienum extendat, cum è contra servitutum rusticarum usus totus in fundo alieno se exerat, hincque, ex solo non usu, renunciatio libertatis inducatur, Huberus §. 6. ad tit. n. Q. S. A. qui servitutes urbanas, quæ in non faciendo consistunt, ut altius non tollendi, luminibus non offiendi per rerum naturam, non nisi, per factum, aboleri posse, dicit, utpote quod unice contrarium est non usui; quoad servitutes verò urbanas acquisitas, & in patiendi vicini facto, consistentes, v. g. oneris ferendi, rigni immittendi, stillicidii aut fluminis recipiendi, hanc ulteriorem rationem reddit, quod in serviente prædio vel super illud indicium vestigiumque servitutis, & dispositio semper ad actum parata maneat, quibus abolendis facto contrario opus sit. Et licet ex hisce abunde pateat, quam multas & varias rationes Interpretes Juris afferant, aded ut Harpprecht, ad §. 4. num. 38. §. de servit. ad l. 20. d. LL. confugere non dubitet. non male tamen hic disserit Carpz. dec. 288. n. 19. & segg. quod certe non multum referat, exactam hujus discriminis rationem nosse, cum sufficiat, de ipso discrimine & diversitate servitutum urbanarum & rusticarum, indubitato constare. Uti quoque in l. 13. Cod. de servit. rustica & urbana servitutes saltem ratione temporis, non ratione modi præscriptionis, æquiparantur Eckholt §. 2. ad tit. n. Q. S. A. Author th. servit. tit. 4. §. 8.

§. XVII.

An verò ad hanc præscriptionem servitutum extinctivam, opus sit bona fide & justo titulo, & ut v. gr. alius rem usufructuariam, tanquam suam, & ab usufructu liberam, justo titulo & bona fide, per longi temporis spatium, possideat, est quæstio non minimi præjudicii? Sane tituli necessitatem communiter Ddres negant, cum ad præscribendam libertatem & extinguendam servitutem, Imperatores & Jcti nullibi titulum, sed nihil aliud, quam non usum voluntarium exigant in §. 3. §. de servit. sine l. 25. quib. mod. usufruct. l. 16. Cod. de usufr. l. pen. Cod. de servit. sine lege verò loqui erubescendum sit, Nov. 18. c. 5. neque requisita pro lubitu ita fingi possint. Et si servus qui bona fide in possessione libertatis, longo tempore, sine interpellatione, moratus, tutus est, per l. 2. Cod. de longi temp. præscript. que pro libert. ibique Brunnem. Mevius p. 1. d. 9. num. 6. Andr. Oekel. de præscript. immemor. c. 2. th. 16. quidni multò magis hoc in præscriptione libertatis prædiorum, erit affirmandum arg. l. 32. ad L. Aquil. Quamvis autem de cætero, ad acquisitionem servitutum, de justitate titulus sit necessarius l. 24. Cod. de R. U. l. 27. de usurp. l. 31. de acquir.

quir. rer. dem. l. 2. Cod. de servit. l. f. Cod. de prescr. long. temp. Lauterbach, *Colleg. n. §. 14. de servitut. Dn. D. Grals in Diss. de Jur. font. §. 9.* multò tamen favorabilior est præscriptio adversus servitutem, quàm servitutis, adversus libertatem *arg. l. 44. de O. & A. l. 122. de R. 7.* Hincque contra servitutem & pro rei libertate omnis militat præsumtio & argumenta pro libertate semper præferri debent B. Dh. D. Harpprecht *in Conf. 72. num. 71. & 82.* Ex quibus & aliis rationibus rectè titulum necessarium non esse affirmant Harppr. *ad §. 3. num. 28. & seqq. §. de usufruct.* Besold. *Conf. 15. num. 29.* Bachov. *ad Tr. vol. 1. Diss. 17. th. 17. lit. B.* Molina *de §. & §. tract. 2. Diss. 70. num. 9.* latè Manz. *de servit. person. num. 88. & seqq. ad tit. quib. mod. usufruct. & de servit. P. U. & R. tit. 6. n. 106. & 107. ad tit. n. Q. S. A.* Author *theatr. servit. tit. 16. §. 13. pag. 727.* Et si de longissimi temporis præscript. quærat, tunc plane nullum dubium est, quin hæc servitutum præscriptio extinctiva, absque titulo, procedat *arg. l. 3. §. 1. Cod. de prescr. 30. Manz. de servit. person. num. 79. quib. mod. usufruct.* Author *theatr. servit. tit. 16. §. 13. pag. 727.* Joh. Voet. *ad §. 9. de divers. & tempor. præscript.* ubi quoque bonam fidem in præscript. 30. annor. nominatim excludit. Singulariter quidem Castillo *de usufruct. cap. 67. num. 9. 19. & 21.* titulum & bonam fidem in urbana & rustica servitute per *l. pen. §. 1. Cod. de usufruct.* requirit, quia ibidem Imperator, non nisi talem exceptionem contra usufructuarium admittit, quæ etiam si dominium, cuius pars est usufructus *l. 4. de usufruct.* vindicaret, posset eum vel præsentem vel absentem excluderè; in qua usucapione titulo & bona fide absque dubio opus est *l. f. Cod. de prescr. long. temp.* Attamen totus contextus ostendit, quod ibidem, non nisi temporis respectu, inter amissionem, quæ per non usum fit, & exceptionem, quæ dominii vindicationem excludit, æquiparatio fiat, ita, ut nihil aliud exinde evinci queat, quàm, ut sicuti dominii vindicationi non nisi 10. vel 20. ann. exceptio opponi queat, ita & usufructus minoris temporis spatio, non utendo, non amittatur, *arg. l. 13. Cod. de serv.* ubi Imperator Justinianus eodem prorsus modo usufructum & servitutes reales non utendo amitti dicit, cum tamen via, iter, aqueductus &c. sola negligentia non utentis, nec, ullo interveniente facto, pereant *l. 35. de S. P. R. l. 19. §. 1. Q. S. A.* Harpprecht, *ad §. 3. num. 31. §. de usufruct.* Manz. *de servit. num. 95. quib. mod. usufr.*

§. XVIII.

De bona fide an & quatenus sit necessaria, major est disputatio inter Doctores, communis sententia distinguit inter servitutes rusticas & urba-

urbanas, ita ut, in hisce bona fides, propter factum in libertate præscribenda, insuper exigatur, non verò in rusticis servitutibus, cùm hic sola negligentia non urentis sufficiat, hincque l. 4. §. 27. de usurpat. & usucap. saltem de servitute rustica concepta sit. Cœpolla de servit. c. 24. num. 4. Zoel. num. 9. ad tit. 7. Q. S. A. Molina de f. & f. tr. 2. disp. 66. concl. 4. & 5. num. 9. & 10. Laymann. theol. moralis lib. 3. tr. 1. c. 9. n. 7. Lugo de f. §. 7. disp. 7. sect. 4. num. 51. 52. & 53. asserens, quòd in præscriptione, ubi solus non utus sufficit, non adsit mala fides, quia talis nihil agit, contra conscientiam, nec aliquid facit, contra jus alterius, sed saltem finit, alterum non uti jure suo, quem quidem non tenetur certiore facere de jure suo, imò, quod bona fides adsit, quia b. f. & bona conscientia finit alterum non uti jure suo & credit, licite se posse uti libertate illa Manz. de servit. P. U. & R. num. 105. ad tit. Q. S. A. Joh. Voet. §. 11. quem servit. amitt. & §. 10. ad tit. 7. de usurpat. & usucap. prout etiam hanc sententiam probabilem dicunt Bächov. ad Tr. vol. 1. Disp. 17. th. 17. lit. B. & Franz. n. 38. ad tit. Q. S. A. nisi obstaret, quod cùm hujusmodi præscriptiones contra vicinum inchoentur, illius scientia aut patientia, quæ loco bonæ fidei est, semper concurrere videatur. Alii verò ut Harpprecht ad §. 3. num. 28. & segg. 7. de usufruct. quoad usumfructum, & generaliter Petrus Gilken de usucap. p. 2. m. 2. c. 3. n. 25. & segg. & Stryk. de non usu jur. ques. c. 3. num. 46. de Jure Civili bonam fidem indistincte excludunt & quidem (1.) per l. 4. §. 27. de usurpat. & usucap. ubi in casu si quis alterum vi, à servitute viæ, depulerit, nihilominus statuitur, viam per longum tempus non utendo amissam esse, & per l. 9. §. 1. l. 10. de vi ac vi arm. ubi Paulus docet quod si usufructuarius à domino proprietatis de prædii usufruct. possessione vi dejectus sit, & ob id tempore, per leges definitio frui cessaverit, usufructus ea ratione finitus dicendus sit, Joh. Voet. ad tit. 7. §. 11. Q. S. A. & §. 10. de usurpat. quales violenti dejectores tamen sine dubio in mala harent fide. Hisce textibus addunt has rationes, quod (2.) omnia jura quæ loquuntur de bona fide in materia servitutum, agent de præscriptione odiosa acquisitiva servitutis, non de præscriptione libertatis, utpote quæ favorabilis est, quia hoc modo res ad pristinam suam naturam & veterem libertatem reducatur, Deut. 15. l. 2. ibi: favor enim libertatis debitus & salubris jam pridem ratio suavit Cod. de longi temp. prescript. quæ pro libertate, Et (3.) quod nullus textus in hac materia præstans, ut §. 3. de usufruct. l. 12. §. 2. l. 38. de usufruct. l. 20. l. 25. l. 29. quib. mod. usufruct. l. 7. l. 10. §. 1. l. 18. Q. S. A. l. pen. §. 1. Cod. de usufruct. l. pen.

l. pen.
lo, c
non
quan
actio
annal
is. ca
suffic
Mev.
Andr
tion
rafius
concl
ergo
ctum,
l. 4. §.
si poss
quod
te det
quis
mas, §
usu co
præd.
minu
tam f
domir
te con
te ced
major
utroq
danni
injuri
l. 1. &
one lib
stirur
nines,
ad l. 12

l. pen. Cod. de servit. de longa possessione ab alio, bona fide & iusto titulo, continuata aliquid adjiciat, sed simpliciter asserant, quod servitutes non utendo per modum, & tempus expirent, nec præterea ullibi quicquam, vel bonam fidem, exigant. Uti quoque (4.) ad præscriptionem actionum bona fides de Jure Civili non est necessaria per l. 1, §. 1. Cod. de annali Except. l. 3. l. 4. l. 7. L. 8. §. 1. Cod. de præscript. 30, vel 40. ann. cap. 15. cap. 16. q. 3. sed solus lapsus temporis, cum negligentia conjunctus, sufficiat, cum reus nihil possideat. Ernest. Cothmann. vol. 2. Resp. 63. Mev. p. 7. dec. 173. § p. 8. d. 15. Stryk. de ult. for. invest. sect. 3. m. 1. ax. 6. Andr. Ock. l. de præscript. immemor. c. 8. th. 9. In specie (5.) huic distinctioni inter servitutem urbanam & rusticam acriter se opposuit Joh. Corasius ad l. 14. num. 44. cum seqq. de servitut. pag. 516. ex eo quod minime concludat, requiritur factum in præscriptione servitutum urbanarum: ergo quoque bona fides est necessaria: cum tamen, nihil quicquam factum, cum bona fide, commune habeat. Et insuper quod (6.) ratio in l. 4. §. 27. de usurp. expressa, æque in servitute rustica, ac urbana, obtineri possit arg. l. 32. ad l. Aquil. neque se fundet in facto, sed in illa ratione quod jus in corpore non intelligatur possideri, nec de via quis mero jure detrudatur, hinc etiam (7.) l. pen. Cod. de servit. de usufructu & reliquis servitutibus, sine ulla distinctione, inter servitutes rusticas & urbanas, generaliter loquatur, nec bonam fidem ullibi exigat, sed solo non usu contenta sit, uti omnes reliquæ Leges. Imò quod in servitutibus præd. urban. factum necessarium, exinde (8.) potius sequi videtur, si dominus prædii urbani dominantis hujus facti, propter vicinitatem, notitiam habere possit vel debeat & nihilominus longo tempore taceat, quod dominus prædii urbani servientis in justa eaque majori fide ac credulitate confirmatur, dominum prædii dominantis juri suo renuntiare & sponte cedere velle, ita ut propterea præscriptio in servitutibus urbanis, si non majori, tamen pari jure, ut in servitutibus rusticis, obtinere debeat, & in utroque casu, dominus, quod sua culpa & voluntaria alienatione sentit, damnum, non sentire videatur l. 203. de R. jur. & scienti volenti non fiat injuria cap. scienti de Reg. jur. in 610 l. 1. §. 5. de in jur. Neque (9) obstat l. 1. §. 2. Cod. de longi temp. præscript. qua pro libertate, cum de præscriptione libertatis personæ agat, in qua singulariter, summa ratione, hoc constitutum. Nam si bona fides non esset in ea necessaria, possent servi omnes, se subtrahendo, dominos potestate dominica privare, Corasius ad l. 14. num. 41. de servit. Uti (10.) l. 1. Cod. de servit. vel secundum Corasium

raſium d. l. n. 46. de præſcriptione ſervitutum acquiſitiva exaudiri debet; vel juxta Bachov. ad Tr. vol. 1. D. 17. th. 17. lit. b. non ſequitur non oportet ad eſſe factum, vi nec clam nec precario, ergo oportet ad eſſe bonæ fides, quia quis v. g. ædes ſublatas habere poteſt, ut ſciat ſe debere ſervitutem alius non tollendi, ut tamen nec vi nec clam nec precario ædificaverit. Cùm enim in ſervitute & libertate præſcribenda, ſcientia & patientia vicini, qui propter vicinitatem, ignorantiam præſumere non poteſt, totum facere videatur, conſequenter nec titulo nec bona fide, cujus loco ſcientia eſt, fuerit opus. Vel denique ſecundum Brunneſmannum ad d. l. 1. hunc caſum continet, ubi quis, contra ſervitutem alius non tollendi præſcriptam, alius ædificaverit, qui condemnandus eſt, modo nec vi nec clam nec precario ædes poſſideat, cum vitioſa poſſeſſio faciat ut nec tacite per præſcriptionem ſervitutem conſtituere poſſit.

§. XIX.

Cùm verò, quoad bonam fidem, in præſcriptionibus, hodie non Jus civile, ſed Jus Canonicum obſervetur, quod ſemper & ubique bonam fidem exigit per c. 2. 15. 17. & ſin. x. de præſcript. c. 2. de R. 7. in 610 & in ſervitutum præſcriptione acquiſitiva abſque dubio b. f. neceſſaria ſit Dr. Bardili in Diſſ. de ſervitut. præſcript. th. 22. proinde de Jure Canonico, in praxi hæcenus recepto, tam in ſervitutum urbanarum, quàm ruſticarum præſcriptione extinctiva, bonam fidem requirunt, Struv. Ex. 13. th. 17. Brunneſm. ad l. 4. num. 16. de uſucap. Manz. de ſervit. perſon. tit. 4. n. 12. quib. mod. uſufruct. Caſtillo de uſufruct. cap. 67. num. 19. & ſeqq. Sed etiam in hoc rectius diſſentire videtur Dn. Stryk. in Diſſ. de non uſu jur. quaſ. c. 3. num. 64. & ſeqq. & moribus quoque hodiernis, ſi quis ſervitutem ſeu jure paſcendi & venandi per 10. annos in alieno uſus non ſit, illam ſervitutem amiſſam dicit, cum talia jura alteri ſint oneri & libertati hic favendum, in cujus favorem iſ. qui tanto tempore non utitur, remiſſum ſe jus ſuum videtur. Et licet alter, propter ſcientiam, in mala fide habere videatur, redit tamen hic res, ad priſtinum dominum & ad priſtinam libertatem, hicque reverà alteri nihil aufertur. neque propter aliquid poſſidetur. conſervatur omnino Conring. de ſinibus Imper. lib. 2. c. 19. §. 13. pag. m. 229. D. Thomæſius in Juris prudentia divina l. 2. cap. 10. §. 201. ibique in not. & in Fundam. jur. natur. ibi adjeſt. emendat: ad l. 2. c. 10. §. 14. pag. 168. Luder. Mencken. in Vol. Diſſ. an requiratur b. f. id. in præſcript. act. perſonal. th. 11. & ſeqq. Huic ſententiæ niſi fallimur, itidem plurimum ex ſupra laudatis Ddibus, quoad uſumfructum & ſervitutes reales ruſticas, addit.

ad stipulantur add. *Besold. Conf. 15. num. 79.* cum Jus Canonicum correctorium, b. fid. exigens, ad illas saltem praescriptiones, quae ex possessione praescribentis causantur, & ubi factum aliquid praescribentis intervenit, restringunt; illas vero, quae ex negligentia non utentis procedunt, ob malam fidem, non improbatas esse asserant, *Zoef. num. 9. ad tit. 7. Q. S. A. Manz. de servit. P. U. & R. num. 104. Q. S. A. Author theatr. serv. tit. 5. §. 27. pag. 156. L. B. de Lyncker Resp. 65. num. 58. Conferantur duo diffusi. D. Cocceji de finibus bona fidei in praescript. de Jure Canonico. Sin porro in genere l. 18. §. 1. l. 21. §. 1, de probat. cap. 47. de R. 7. in 610 l. 51. pro socio. l. pen. Cod. de Evict. Vinn. ad §. 35. 7. de rer. divis. Struv. ex 43. th. 13. Malcard. de probat. concl. 224. & in addit. & in praescribendis quoque servitutibus, bona fides in dubio praesumenda, ex mente Malcardi de probat. concl. 1221. num. 19. & *Besoldi Conf. 273. num. 15. §. 16.* quamvis in praescriptione servitutum acquisitiva absque titulo diversum extet apud B. Dn. D. Harpprecht in *Conf. 30. num. 174.* Goswin. ab Esbach ad *Carpz. p. 2. C. 3. def. 6. num. 3. & def. 8. num. 5.* Bardili de praescript. servit. th. 23. vel ad minimum tamen cum agitur de praescribenda libertate, probonae fidei existentia conjecturandum, quia praescribens habet juris praesumptionem pro se, debuit enim credere, rem esse talem, qualis naturaliter esse debet, & sic liberam Malcard. de probat. Concl. 1221. num. 32. & 33. ubi num. 34. nullam differentiam inter servitutes rusticas & urbanas admittit arg. l. 32. ad l. Aquil. *Besold. Conf. 15. num. 78.* ubi de communi testantur. Et scientia, cum patientia domini conjuncta, quae in dubio, ob vicinitatem, Barboza locuplet. lib. 19. cap. 15. ar. 2. B. Dn. D. Harpprecht. *Consil. 36. num. 86.* maxime in re quotidie domini oculis exposita Bardili in *Disp. de servitut. praescript. §. 17.* praesumitur. Author *Theatr. servit. tit. 10. §. 18.* bonam fidem utentis satis quoque probet ex Casparo Schifor degk. ad Anton. Fabr. lib. 1. tr. 6. q. 4. D. Bardili in *Disp. de servit. praescript. th. 23. num. 11.* ita ut propterea quoque Bachov. quem sequitur Franz. in loco supra allegato, non improbabilem Corsii opinionem pronunciet. Quid obstat? quod minus, ob hanc ita concurrentem scientiam & patientiam domini, indeque praesumptam bonam fidem, eo citius hanc praescriptionem admittamus, & tacitam cessionem, derelictionem & abdicacionem servitutis competentis colligamus Molina de 7. & 7. *Disp. 66. num. 9.* add. L. B. de Lyncker in *Resp. 16. num. 8.* ubi itidem in praescriptione libertatis adversus servitutem bonam fidem non requirit, Andr. Oeckel de *praescript. immemor. c. 8. th. 9.* Et ita in servitutis oves pascendi praes-*

præscriptione extinctiva, quod nihil amplius, quam solus non usus per longum tempus, continuatus, requiratur & ad summum porrò hoc, ut ille cui servitus pascendi competit, interea temporis pascuis opus habuerit de cætero verò neque bona fides, neque titulus, necessarius sit, Inclyta Facultas Juridica Tubingensis, ex doctrina *Molin. Weizeneg. Zoesii Corassi & Manzii*, in cap. 1. §. 5. allegata causa A. 1709. respondit & Inclytum Supremum Dicastrium Württembergicum sententiam prioris Instantiæ à Magistratu Stuttgardiano d. 2. Septembr. A. 1709. latam, in appellatorio d. 22. Septembr. A. 1711. confirmavit. *Conferatur Rauchbahr p. 2. q. Jur. Civil. & Saxon. fin. num. 17. & seqq. B. Dn. Dr. Frommann. in Disp. de Apochis §. 45.* ubi itidem dispositionem Juris Justiniani, circa exceptionis, non numeratæ pecuniæ, adversus apochas, præscriptionem 30. dierum, moribus nostris non abrogatam neque bonam fidem necessariam esse, ob favorem hberationis, asserunt.

Cap. IV.

SUMMARIÀ.

§. 1. Formam exhibet & an Servitus hoc modo ipso jure, & actio realis quo tempore extinguatur? §. 2. quid juris, si plures servitutes quis habuerit? §. 3. & an plus utendo nova constituatur servitus? §. 4. interdum regressus datur contra negligentes, ob amissionem. §. 5. contraria & in re illa, dolum malum, & actionem paulianam refert.

§. I.

Formalis ratio nostræ præscriptionis ex superioribus satis patet, & consistit in extinctione servitutis constitutæ, per non utum longi temporis. Et hinc differt à servitutum præscriptione acquisitiva, ubi, per longi temporis possessionem, servitus nondum constituta acquiritur. *B. Bardili in Disp. de servitut. præscript. th. 39.* & b. f. justus titulus, & in discontinuis servitutibus, hodie immemorabile tempus exigitur vid. *c. 3. §. 12. & 17. cum seqq.* Nec non ab aliis modis extinguendi servitutem, de quibus in titulis, quibus mod. usufruct. *Q. S. A.* passim agitur. vel denique si alia jura, per non utum, amittuntur. Effectus verò hujus præscriptionis servitutum extinctivæ in eo consistit, ut dominus prædii dominantis servitutem sibi & suo prædio debitam amittat, & dominus prædii (ser-

servientis iterum acquirit libertatem l. 16. ibi: libertate enim hujus par-
 tie servientis fruatur Q. S. A. l. 40. f. ibi: qui libertatem prestat sublata ser-
 vitus de usucap. §. l. 10. Cod. servit. & quidem si usufructus ita finitus: tunc
 ad suam revertitur proprietatem, & proprietarius plenum consequitur
 dominium, per consolidationem §. f. 7. de usufruct. l. 3. §. 2. de usufruct.
 l. pen. §. 1. Cod. ibid. Casullo de usufruct. cap. 75. §. 76. Joh. Voet. §. f. ad
 tit. n. Quib. mod. usufruct. Author theatr. servit. tit. 16. §. 20. pag. 732.
 Manz. de servit. personal. num. 94. quib. mod. usufruct. amitt. nisi quod
 in casu, si uni usufructus & alteri usus relictus esset, tunc usus amissus
 non redeat ad proprietarium sed usufructuarium per l. 14. §. 1. de usu &
 habitat. quia usus naturaliter fructui inest l. 42. de usufruct. juxta C. J. A.
 §. 3. de usu & habit. Müller ad Struv. ex. 12. th. 56. Sin igitur, post ad-
 impletam hanc prescriptionem, dominus prædii dominantis servitute
 præscripta uti, vel illam in judicio, actionibus competentibus, petere
 velit, repellitur utique, per exceptionem prescriptionis, servitutis ex-
 tinctivæ, quæ non proprie sic dicta exceptio actionis seu juris est, sed, abu-
 sine saltem, exceptio facti & intentionis nominatur, cum non nisi acti-
 onis de facto intentatæ opponatur, Lauterb. Colleg. n. §. 2. de divers. &
 tempor. prescript. B. D. Harpprecht. in differ. princip. solut. coniect. & præ-
 script. th. 15. Befold. Consil. 15. n. 94. & seqq. Licet enim Müller ad Struv. Ex
 12. th. 34. lic. 9. sentire videatur, quod servitus ita per exceptionem de-
 mum amittatur, cum tempus non sit modus obligationem tollendi per
 l. 44. §. 1. de O. & A. & servitus præfinito tempore jure stricto non
 terminetur l. 4. de servit. l. 4. de usufruct. l. 1. §. f. quand. dies legat. l. 12.
 Cod. de usufruct. l. 30. de usufruct. legat. D. Hertius in Commentar. s. opusc.
 vol. 2. tract. 3. de juribus ex pacto certo tempore inclusis §. 10. pag. 356, attam-
 en, quod talis servitus per hanc prescriptionem ipso jure tollatur & ex-
 tingatur patet ex l. 17. §. 6. de injur. l. 17. §. 1. de pact. l. 45. de administ.
 tit. l. 52. de solut. & ex iis, quæ ad res de prescriptione criminum B. Dr.
 Lauterbach in Dissp. de crim. prescript. th. 24. & seqq. & actionum docent
 Lauterbach in Colleg. n. §. 19. de div. & tempor. prescript. Goswin ab Es-
 bach. ad Carpz. p. 1. c. 25. def. 1. num. 7. B. Dn. D. Harpprecht. in Differ.
 princip. solut. coniect. & prescript. th. 8. 15. & 21. ubi plures allegant, neque
 actio semel per prescriptionem omnino extincta, reviviscere amplius pos-
 test Gilken de prescript. p. 2. num. 2. c. 3. num. 33. B. Dn. D. Harpprecht. in
 Resp. 57. num. 383. in tantum, ut etiam affirmare non dubitent, quod acti-
 oni quoque confessoria, pro asserenda servitute, competenti, longo tem-
 pore

pore, singulariter præscribatur per *l. pen. §. 1. Cod. de servit. l. 16. Cod. de usufruct.* Stryk. *de act. for. invest.* sect. 3. m. 2. num. 8. & *seqq. de præscript. act.* Author *theatr. servit. tit. 16. §. 12.* quod enim nonnulli generaliter de actionibus realibus asserunt, quod eundem terminum habeant ac usucapio rerum mobilium & immobilium *pr. 7. de usucap.* Stryk. *in Us. Mod. §. fin.* Böhmer *num. 5.* & Schœpfer *num. 10. ad tit. π. de divers. & temp. præscript.* illud, si de directa actione præscriptione, sermo sit, nullum in jure habet fundamentum, sed 30. anni sunt necessarii per *l. 3. l. 2. §. 1. Cod. de præscript. 30. ann.* quod si tamen res mobilis vel immobilis triennio vel longo tempore usucapta, sicque prior dominus suum dominium amiserit, tunc non nisi per consequentiam actio realis, sublato scilicet fundamento illius actionis, & dominio in alium translato, extinguitur. Bachov. *ad Tr. vol. 2. diss. 28. th. 4. lit. I. B. D. Frommann. in Diss. de action. divis. cap. 14. th. 1. D. Lauterbach. in Colleg. §. 7. de divers. & temp. præscript.*

§. II.

Interdum, si quis aquæhaustum, in quo est commoditas eundi, per non usum amiserit, perdit simul quoque iter ad fontem, cum principali servitute extincta, simul censeatur extincta accessoria *l. 11. l. 17. Q. S. A.* & iter aquæhaustui saltem adhæret, & pars ejusdem est accidentalis *C. J. A. §. 4. ad tit. Q. S. A. Cœpolla de servit. c. 24. num. 10. Struv. Ex. 13. th. 62. Lauterbach, in Colleg. §. 4. Q. S. A. Manz. de S. P. U. & R. tit. 6. n. 124.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 10.* securitamen est, si plures servitutes alteri in eodem fundo æque principaliter competant & non saltem per consequentiam, tunc enim per non usum vel remissionem unius servitutis altera ab ista diversa, non amittitur *l. 21. de S. P. U. L. 20. de S. P. R. Struv. Ex. 13. th. 55. & 62.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 10.* ut si servitus altius non tollendi & jus stillicidiū *l. 21. de S. P. U.* vel servitus itineris vel actus & ususfructus competat *l. 20. de S. P. R. Manz. de servit. P. U. & R. tit. 6. num. 124. Q. S. A. Author theatr. servit. tit. 4. §. 6.* vel si quis aquæ æternæ servitutem habeat, & postea diurnæ quoque ductus aquæ alia cessione datus fuerit, *l. 17. de aqua & aqu. plu. arcend.* tunc enim, si una servitute per tempus constitutum non usus fuerit, non amittit propterea statim alteram *Manz. num. 45. ad tit. Q. S. A.* vel si quis iter & actum habet, si statuto tempore tantum iverit, non perdit actum *l. 2. Q. S. A.* quia plures sunt servitutes principales & ire quoque per se ille potest, qui actum habet, *Brunnemann. L. 2. & Manz. num. 74. ad tit. π. Q. S. A.*

Author *theatr. servitut. obs.* 22. tit. 4. quod si tamen plures habeant servitutum in uno loco, v. g. jus aquam ducendi per eundem rivum, & unus eorum jus suum per non usum amiserit, tunc commodum illud minime reliquis accrescit, qui rivo utebantur, ut plus aquæ ducere possint, sed domino prædii servientis, ut libertate hujus partis servitutis utatur; fruatur, per *L. 16. Q. S. A.* ibique Brunnemann. *Carpolla de servitut. c. 24. num. 10.* Struv. *Ex 13. th. 63.* Manz. *num. 68. & 128. ad tit. 7. Q. S. A.* Joh. Verstege *de servit. præd. diss. 3. num. 46. pag. 394.* Author *theatr. servit. tit. 4. §. 6.*

§. III.

Certum quoque est, quod servitus, per non usum, per modam, amittitur frustra dissentiente Bachovio ad §. 3. 1. d. *usufr.* Quod si igitur Dominus Prædii dominantis hoc casu plus juris exercet, quam habet, tunc quæstio exurgit, an eo ipso nova servitus acquiratur, ita ut impostertum aucta servitute uti queat? quæ recte negatur, neque talis plus acquirit quam ab initio concessum, neque ipsi plus conceditur, quam pactum est in servitute per *L. 11. Q. S. A.* Brunn, ad *L. pen. Cod. d. Servit.* Struv. *Ex. 13. th. 59.* ibique Müller lit. β. Manz. *d. S. P. U. & R. n. 47. & segg. Q. S. A.* Verstege, *d. Serv. præd. D. 3. n. 45. pag. 394.* Author *T. S. tit. 4. §. 9.* quam sententiam limitant Manz. *n. 48. dist. 1.* & Joh. Voët. *§. 8. ad. tit. 7. Q. S. A.* si omnia requisita præscriptionis acquisitive concurrant, Ne vero hac ratione damnum domino prædii servientis inferatur, caute ille in tempore, contra talem excessum, protestetur & dominum prædii dominantis, mediante judicis jussu adigat, ut ad justum præscriptum vel conventum numerum pecorum vel ovium jus pascendi restringat arg. *L. 1. §. 18. d. aqua quotid. L. 4. §. 1. d. servit. c. 37. d. R. 7. in 6to.* Carpz. *p. 2. dec. 106. n. 8.* Berlich. *p. 2. concl. 49. n. 16.* Barthius. *d. jur. pascend. cap. 4. §. 5. pag. 102.* Brunn, ad *L. 1. n. 12. & segg. de aqua quot.* Stryk. *d. abusu jur. quasi. cap. 5. n. 10.* Knipsch. *d. Nobilit. l. 3. c. 2. n. 242. & 43.* v. lex lege conventionis oves, & non boves vel equos ibi pascat, cum qui jus pascendi habet, mitte gehörsam Viehe / cum aliis. v. g. ovibus & vice versa pascuis minime uti queat, Wehner *obs. pract. voc. Waidgang* Esbach ad Carpz. *p. 2. C. 41. def. 8. & Carpz. dec. 106.* Meitcher *tom. 1. l. 1. des. Cameral. 36. n. 20. fol. 309.* Struvius in *Disp. de jure ovium cap. 4. th. 33.* nam servitus stricteffimæ est interpretationis & ita semper facienda, quo minus prædium serviens gravetur, & libertas naturalis, quantum fieri potest, conservetur Joh. Köp-
pen

pen *dec 57. n. 1.* Neque aquam in majori quantitate, quàm quæ ei debetur, deducat *L. 24. L. 29. de. S. P. R. D. D Grals de Jur font. §. 8.* vel si plus utatur usufructuario, quàm oportet, ut officio judicis compellatur, ne aliter utatur, quàm debet, *L. 22. d. usu & habit. Welemb. n. f. d. usu & habit. Manz. de. servit. person. n. 67. ad eund. tit. Imò, si aqua alia admixta in aquæ ductu utatur, sane in tota aqua tanquam se indivisibilis prohiberi potest, juxta *L. 1. §. 17. d. aqu. quod. Capolla d. servit. c. 8. n. 4. Joh. Versteeg. d. servit. præd. Diss. 2. n. 21. pag. 336. & 337.* Denique non nulli DDres ita loquuntur, quod alia fere servitus simul per consequentiam constituatur & acquiratur, dum videlicet quis, usufructuendo libertatem suarum ædium, acquirit iis servitutes contrarias ei, quæ amissa fuit, hoc est negativam si amissa fuerit affirmativa & contra, si ille, qui servitutes alius non tollendi debebat si ædes suas alius sublata habuerit, præscriptum tempus, non tantum dicitur usufructu ædium suorum libertatem *L. 32. d. S. P. U.* sed etiam hoc ipso acquisivisse fere servitutes alius tollendi, ut nimirum jus habeat ædes suas alius tollendi, invito etiam vicino, cum antea, prohibente servitute, id facere non posset, sicque, cum ædes ipsius deberent servitutes negativam, acquisivit iisdem affirmativam, & ita per hanc favorabilem servitutes inducitur, ut dominus prædii antea servientis possit libere uti fundo suo, ac si nunquam servitutes debuisset, nisi quod hoc ipsum jus utendi libere suo fundo servitus hodie sit, quod non esset servitus, si contraria nulla præcessisset, ex mente Anton. Fabri. *lib. 19. consellur. c. 9. quem refert D. Bardilius Diss. d. præscript. servit. ib. 1. n. 7.**

§. IV.


Supra quoque dictum est in *c. 3. §. 1.* quod non usus tertii interdum, ad amissionem servitutum, sufficiat, si igitur venditoris, creditoris, fructuarii, ejus, qui precario servitutes rogavit aliorumque culpa, in negotio præstanda, servitus non utendo amissa est, recte eo nomine actionibus competentibus conveniuntur per *L. 25. §. f. d. usufr. L. 15. d. pign. act. L. 66. §. 1. d. contrab. emt. & vendit. L. 8. §. 3. & 5. de precario. L. 15. §. 8. quod vi aut clam. Bocer. cl. 5. D. 8. ib. 73. C. 7. A. lib. 8. 1. 6. §. 3. Castillo d. usufr. c. 35. n. 1. Versteeg. d. servit. præd. Diss. 3. n. 47. pag. 395. Auctor. T. S. tit. 4. §. 7.*

§. V.

Contraria, quibus hæc præscriptio vel ab initio impeditur, vel inchoata interruptitur, vel impleta resolvitur varia sunt. Prioris generis est

potissimum specialis juris dispositio, quæ in quibusdam servitutibus præ-
 scriptionem excludit vid. cap. 2. §. 3. & seqq. vel si persona non habeat
 potestatem alienandi & remittendi servitutem, per non usum, v. cap. 3.
 §. 7. & 8. vel si hodie tempus belli & pestis incidat vel occasio utendi non
 adfuerit cap. 3. §. 9. Interrumpitur hæc præscriptio per citationem, litis
 contestationem & protestationem restatò factam L. 2. Cod. de annal. ex-
 cept. ibique Brunnem. L. 17. Cod. de rei vindicat. L. 10. §. 3. de his qua
 in fraud. credit. Lauterbach Colleg § 34 de usucap. Maximum vero re-
 medium conservandarum servitutum sunt literæ reversales & si dominus
 prædii dominantis ipsemet vel per alios, illis utatur D. Stryk. de non
 usu jur. quas. c. 4. num. 2. seqq. v. c. 3. §. 1. 2. §. 10. & v. g. jus pascendi
 vel potius ejus exercitium alius cloet & ita locarium lucretur. conferatur
 Dn. D. Grafs, de jur. font. th. 9. Stryk. in Us. Mod. §. 1. Cap. de ser-
 vitut. prad. russ. Sin verò præscriptio adimpleta, tunc non est
 justum impedimentum, quod excludit voluntarium sive cum aliqua ne-
 gligentia conjunctum non usum, per restitutionem in integrum vid. cap.
 3. §. 9. & 10. & tunc Dn. D. Stryk. de non usu jur. quas. c. 3. num. 4. &
 seqq. quem etiam sequitur Müller ad Struv. Ex. 13. th. 63. in fin. non ma-
 le hanc regulam subministrat, quod ubi contra aliam præscriptionem
 succurratur, remedio restitutionis in integrum, ibi illud etiam contra
 non usum concedendum sit, In specie si dolomalo ædium domini, post
 litem contestatam, servitus non utendo amissit, itidem restituenda est per
 l. 8. §. 4. si servit. vindic. l. 18. de R. V. Et si debitor servitutes per non u-
 sum in fraudem creditorum non utendo amissit, tunc à creditoribus revo-
 cantur, actione pauliana, juxta l. 3. §. 1. l. 4. de his qua in fraud. creditor.
 Brunnemann. ad l. 1. n. f. ibidem Mevius p. 8. dec. 159. num. 4. Vinn. ad §.
 6. num. 5. 7. de act. Lauterbach. Colleg. n. §. 8. de his qua in fraud. credit.
 Inter affinia referri meretur illa vexatissima quaestio; an usufructus & usus
 male utendo amittatur? de qua late actum à B. Dn. D. Harpprechtio in
 Diss. de impedimentis usufruct. materni §. 20. & seqq. Stryk. de abusu jur.
 quas. c. 5. num. 4. & seqq. Et in Tractatu manuscripto de culpa
 levissima B. D. Professoris Mæglingi, opera Præsidis, ad finem
 perducto cap. 8. §. 25. & 26.

Tantum!



G

Da-

Damnans non usum; nam sic extinguitur annis
Servitus: ast usus præmia laudis habet,
Jus, cum doctrina, virtus, præscribitur usu;
Nomen inextinctum, sic, honor, arte, manet.
Quod bene sis Themidos nilus perdiscere jura,
Hoc specimen monstrat; gratulor ergo Tibi.
Sis porro felix, letetur patria tellus;
Ex animo voveo prospera quæque Tibi.

*Hic Nobiliss. & Praclariss. Dno Candidato, per invidiosiss.
suo Auditori, gratulatur & quavis bona ominatur.*

PRÆSES.

Jura quibus faveant, docto dum differis Ore,
Autumo: Sic quoque Te non nisi magna manent.
Perge bonis avibus studiis intendere mentem,
Et semel inceptam porro meare viam.
Sic post sudorem Tibi sesos nomen in annos
Amplaque contingu gloria, & amplus Honor.
Dulcem Mercedem dulci meruere labores,
Quam Tibi postremo Sponsa Themisque dabit.
Fortunet Tua cæpta DEUS, Teque omnibus ornet
Corporis ac animi, quæ cupis Ipse, bonis.

*In Nobilissimo Dno Respond. Consalino kall. suavis. &
Amico suo honorando de egregiis conatibus gratulari,
felicesque successus apprecari voluit*

JOH. MARTINUS HILLER,
S. W. D. A. C. A. R.

Sic juvat in Cathedrâ docti præscribere laudem:
Sors meritis æquâ ster Tibi lance precor.

*Affectus erga assumatissimum Dn. Respondentem
testandi ergo scripsi*

M. F. GRASS, Jur. Stud.

EXtinctiva TIBI præscripti regula juris,
Quo fit commoditas publica nostra, placet.
Gratulor hunc fructum! Patriæ sic commoda quondam
Communi reddes, reddet & illa TIBI.

*Hæc tibi Nobilissime Domine Respondens, Fautor certissime,
Commensalis dilectissime, Conterrancee desideratissimo,
abitum meditantis, apponere, iisdemque ad amicitia
nostra continuationem invitare voluit, qui idem se sa-
ciarum esse sancta fide recipit*

JOH. FRID. SCHRAGMÜLLER, Hala-Suevus

ENi gratum moliris opus per chare WIBELI;
Dum cupis ingenium percolere, arte, tuum,
Conatus igitur collaudo tuosque labores,
Et Numen coeptis auxiliare precor.
Ut modo defendas verum, falsumque refutes,
Inde tuo studio præmia digna feres.
Hoc, fundo tibi sincero depectore votum,
Ut det posse DEUS, qui tibi velle dedit.

*Hæc Nobilissimo Dn. Candidato, Fautori, Commensali,
atque Amico suo in paucis estimatissimo, exintimo
gratulatur, & quævis bona precatur.*

CHRISTIANUS HENRICUS CAMERARIUS,
Oettinga Rhetus S.S. Theol. Stud.

Dum servire paras patriæque Scholæque foroque
Gratulor egregium quod meditaris opus,
Provehat in Cælis Deus altius inde labores,
Præbeat ex meritis præmia digna tuis.

*In amicitia sincera, pluquam Fraternali & nunquam
intermorituræ tesseram posuit*

HENRICUS SCRETA, Schottnovius à Zavorzſz,
Cult. Medic. Scaffh. Helvetius.

Alma Themis doctam Tibi mox & Amice, tiamam
 Conferet, & meritis jam bene cessit honos.
 Casta Venus thalamo cultam sociare puellam
 Dum parat aut viduam, littera nostra fugis.
 Vade bonis avibus, melioribus atque vecarre
 Ipse, tuum Christus prosperet æquus iter.

*Nobilissimo Dn. Respondenti, Commensali suo estimatissimo
 nostraque Eberhardina brevi valedicturo, pauca
 hæc in observantia sua tessera apposuit*

JACOBUS FRIDERICUS GEORGIUS,
 Onoldo-Francus.

Was soll ich diesen Tag vor Ehren-Zeilen schreiben?
 Wohin soll sich mein Geist mit seinen Sinnen treiben?
 Es fällt in der Eil mir nichts zu schreiben ein/
 Er solle stäts gesund und voll Vergnügen seyn.
 Und wann sein theurer Fleiß die Ehren-Eron genommen/
 Daß einst die Jungfern dann/ die **Wibel-Sucht** bekommen.

So wolte mit wenigen zwar schlechten doch wohlgemein-
 ten Zeilen / seine Freude so wohl als schuldigsten
 Wunsch gegen dem Herrn Respondenten abstat-
 ten/ und sich ferner dessen Affection recommendi-
 ren/ einer von seinen besten Academischen Freun-
 den

Johann Henrich Biehl / von Stein
 am Rhein, Med. Stud.



Trübungen, Diss., 17 74/76

ULB Halle
004 171 462

3



Slb.





Pr. 8. nu. 70.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

1716, 8^a

SERVITUTUM PRÆSCRIPTIONE EXTINCTIVA

21

Quam
Jussu & Permissu Senatus Amplissimi
In Perillustri Universitate
Tubingensi

PRO LOCO PROFESSORIO
rite & legitime obtinendo

Solenni eruditorum examini submittit,

WOLFFG. ADAMSCHOEPPF,
J. D. Sereniss. Duc. Würtemb. Consiliarius,
Supremi Dicasterii Assessor, & Professor
Extraordinarius,

RESPONDENTE
JOHANNE BALTHASARO WIBELIO

Hallano ex Suevis.

Ad Diem Martij

Anno M. DCC. XVI.

Loco horisque consuetis.



TUBINGÆ,
Literis JOHANNIS CONRADI REISII.

